Livida etc. Dicitur quod agit de livido quod propinquior nigro quam alius color et ei magis vicinatur, et dicit quidam medici et fere omnes moderni quod lividitas generatur a frigiditate et humiditate, sed frigidis sicut flictis et intensis simul dominatur. Unde dicit quod lividitas est media inter albedinem que est a frigiditate et nigredinem que est a melancholia. Sed contra opinio ideo reprobatur quod in se adiunctis et in eminentibus omnibus non est caloris excellentia absque dominio frigiditatis et humiditatis, seu alterius. Et in frigiditatis aut in febribus est sanguine est lividitatem reperire, et dicitur ergo quod v de causis livor fit in urina. Prima est perturbatio humorum ut in fluxu ventris, quia cum in omni fluxu inflata sua liquiditate generat, ingeniata est non ut inflata ponat in omni fluxu propter suam liquiditatis. Unde primum est instrumentum ad faciendum fluxum. Currit ergo inflata in omni fluxu ventris et turbantur humores tunc in corpore et in venis. Unde non est ordinatus intra corpus fluxus humorum, quare non urine, sed in ea conturbantur et partes sunt inordinate. Unde livor quidam efficitur, id est obfuscatio quedam, et in tali fluxu urina est pauca et turbatio modica, quia tota humiditas currit ad intestina. Secunda est fluxus humorum ut in vomitu. Unde humores perturbantur et spiritus inficiuntur et obscurantur. Unde concipit urina quandam lividitatem quia non illuminantur humores tunc ut in corpore. Tercia est defectus digestionis sedis ut est in ydropicis, quia cum sanguis non depuretur in epate ut oportet, veniente eo ad membra, eligunt partem que sibi convenit, reliquam non repudiant et repellunt ad epar et miscetur cum urina. Quod cum sit impura, cruda et obfuscata urinam facit livere. Quarta est calor extraneus vincens calorem naturalem et extrahens subtilius de ipso quo illuminabantur humores. Quinta est infectio spirituum et obumbratio eorum in corde et arteriis. Fundamentum enim est quod tota irradiatio et omnis splendor qui est in corpore sive in membris sive in humoribus sive alibi, est ab hiis duabus substantiis, scilicet a calore naturali et spiritu. Unde dicit Haly quod sunt due substantie vaporose per totum corpus currentes puritate sua et splendore suo quicquid est in corpore illuminantes. Humores ergo suum splendorem habent ab ipsis et inde illuminatur urina et trahit splendorem et lumen quod habet. Et ideo est quia cum ea de istis substantiis egrediuntur cum currunt per omnia corporis vasa in omni quod egreditur a corpore exit cum istis. Cum ergo calor extraneus vincit in corpore et maxime in corde, spargit illas substantias et extrahit partem subtiliorem et clariorem, et quod remanet est grossum et minus luminosum, id est manifestum est in putrefactione sicut in metheora notatur. Cum ergo substantie ille condempsantur et obscurantur, et ex conservatione partium et amissione partium magis putrarum totum corpus et humores obscurantur. Unde et urina, et quia cum urina de illis substantiis exit, ad quod levitate sua penetrat sursum et vult aeri coniungi, remanet tamen cum urina, quia condempsatur sic prius, et quia humectatur per moram in ea intra corpus et vesicam. Et cum ille substantie morentur in urina, sua humiditate urinam inficiunt maxime superius ubi morantur. Et quicquid dicant moderni medici, dicimus quod livor fit una sola de causis, scilicet cum ad corpus purum, clarum, lucidum aliqua occasione obfuscatio et obfuscatio seu obumbratio iuncta splendori remanet liquide humiditatis ut est videre in flamma. A parte enim inferiori ubi coniungitur sue radici, scilicet carboni vel alii substantie que sic ita, apparet quidam livor qui fit ex diaphanitate ignis sed quia suus splendor aeri coniungitur ut continuatur postea a parte radicis. Ex parte enim illa fortior est flamma. Unde aeris frigiditate fortius vincit et id lividum est quasi inspherabile quoddam et videtur videri quam non sit. Cum autem flamma plus elevetur et frigiditate aeris minus pro grossiorem partem aeris tueatur in superiori parte id calor flamme et frigiditas aeris sese ... fit rubor. Unde dicimus quod rubor sed est quando frigus et calor miscentur et frangitur rubor, sed quod altum cum plus elevatur ... Illud manifeste videtur in candela elevata et prima ex magis ignis et aer sunt diaphana ...

a colore puram. dyaphanitas enim est puratio omnium colorum
et hoc idem lucidum coniunctum radici flamme et fit ex dyaphanitate
ignis mixta cum aere magis subtiliato et depurato a nitore co-
loris qui est in radice flamme. Qui puratione coloris habet mediocre
habet autem in yride est uidere. yris enim est reflexio luminis in
nube concaua. unde secundum hanc reflexionem .iiii. colores potes in
uenire. quia cum lumen sit corpus dyaphanum ualde. per illa fortes lumi-
nis que reflectuntur super partem nubis rariorem et magis aeream et spi-
ritualem fit liuor. Cum uero reflectitur super partem aliquantulum spis-
siorem et minus raram apparet albedo. et que reflectitur super partem
in qua calor et frigus que sese repugnant et magis grossam quam pre-
cedens fit rubor. Rubor enim semper fit in grosso tamen ubi calor et fri-
gus sese repugnant cum depuratione. Cum uero reflectitur super partem ualde
condensatam et terream et magis terrestrem. sic quod de sua puritate
te non appareat fit nigredo unde patet quod uiriditas est media inter ni-
gredinem et ruborem quia rubor fit liuens. dico rubor quia
splendor alicuius corporis penetrantis in alio corpore grosso et ter-
restri non multum tamen in quo calor et frigus sunt dispares uel
pares aliquantulum tamen est .i. plus de calore sicut est uidere in ue-
no sanguinis. et retinetur dico splendor qui penetrat in eo in
quo penetrauit. quia si tamen fieret hoc propter presenciam corporis lumi-
nosi color non esset in tenebris quod falsum est. Nigredo uero est
cum splendor reflectitur super aliquod corpus ualde densum et terrestre. fri-
gidum ualde intrat illius corporis tamen superficiem et .i. remanet.
Viriditas est cum medio in se habet splendor et corpus in quo penetrat
quod uidere corpus non est tante claritatis quante est rubeum et est
maioris quam nigrum. et hec imaginatio indiget comprehensionis ualde
subtilis et exercitate et possumus dicere satis competenter quod colores
fiunt quasi per uiolentiam quandam ut iam potest uideri ex pre
dictis secundum quod dyaphanitas corporum dyaphanorum non sua .s. per uio
lenciam quandam terream corporibus penetrat in corporibus soli
dioribus secundum plus et minus tamen et cum penetrauit .i. moratur. et secundum quod
sunt minus apparet eius splendor secundum quod sunt rariora et magis spis-
sa apparet uerius. Secundo est quod liuiditas seu color qui plumbeus
generatur in aere magis condensato et depurato a nubibus grossis ut apparet
meridie. quod sic fit cum splendor ignis elementi et penetrans corporum
superiorum super nubes ualde rarefactas et subtiliatas et aeri
tam et subtilitati appropinquantes ualde reflectuntur unde uide
mus in meridie et quando aer a grossis nubibus depuratur quan-
dam corpus quasi blaueum seu liuidum et colorem habens plumbeum. et
hoc est nubes subtilis ualde super quam reflectitur lumen et splen-
dor corporum superiorum .s. ignis. et corporum supercelestium. Dicamus ergo ge
neraliter quod una est sola causa liuiditatis in urina. et est obumbra
tio uelamen super calorem naturalem et spiritum. dicitur super humores et per con
sequens super urinam. est enim urina sanguinis habens splendorem ab irradiatione
caloris illius et spiritus concurrentium cum ea et humores illuminantium
et urinam in hepate siue generationis et obumbrantur aliquo de causis seu
sit calor seu sit frigus uel alia causa obumbrationis. accidit quod
splendor urine obumbratur et liuescit in urina et magis in su
premo cum splendor est magis est superius quia pars illa est subtilior et ra
rior et unde quia spiritus obumbrati et sibi uaporose crescentes cum urina
magis morantur. Et hoc liquet quod urina non potest minus liuere
et competenter superius colorantur quia grosse partes inferius morantur
quam minus recipiunt liuorem quam superiores ut iam patet ex predictis unde
dicimus quod ad istam solam causam quam tetigimus omnes
cause facientes liuiditatem antecedentes sunt reducende. hinc uersus
litera plana est liuida etc. si liuor sit in toto. Vnde duorum

signum. quia aut egritudo est in membris que iam fit hereditaria. unde non
subsequebatur et egritudo mutatur et est facta quasi naturalis. unde membra apperiunt
contrarium sue nature. quia uix aut numquam potest curari. aut signum
egritudinem in humoribus et membris per modum dispositionis. quorum dis-
cretio erit hec. quia si urina residendo permittatur et postea appareat sub
sine liuiditate. signum est quod egritudo est tantum in humoribus. Si uero
maneat post residentiam est egritudo in membris. Cuius causa est quia
sub urina nichil est ab operationibus membrorum. eius sicut dictum est supra.
unde in substantia urine corporis mortificatio et confusio declaratur. humores
uero magis sunt a contrario qui recedentes a substantia magis apparent sub
stantie cum tamen sit egritudo in humoribus.

Ac sursum liuens uarius accomoda causis
prestat emitriteo melancolicis caducis
alchitis synochis uenis ruptis cataracte
stranguirie lapis mulieris passio fluxus
coste pleuresis uicium dolor articularis
consumptiua ptisis uis extinctiua caloris
sit et liuoris causas quas colligit signis.

Ac sursum etc. Cum autem liuor est in parte sursum. apparet ratione
predicta quia contrarie sunt cause contrarie .s. calor et frigus et
utraque quia obfuscant calorem naturalem et spiritum. fit autem liuida propter hanc
causam. In epilepsia et apoplexia liuescit quia frigiditas uincit super calorem et
spiritum. unde obumbratur. In alchithe calor excedens debilitat
calorem naturalem. unde obfuscatur. In epaumastica que accidit in epar
tur apparet urina liuida usque ad mediam regionem. et si liuidi-
tas ascendat et rubor succedat signum epaumasticam fi
a principio. apparet liuor superius et post paulatim descendit signum au-
masticam. Si autem apparet a principio liuiditas quod a media regi
one totum superius occupans signum hectica et est morbus in
dubio quia si natura confortetur aut a celo aut a medico. aut
per accidens saluus est. Si autem morbus confortetur aut occasione. aut a
celo. aut a medico. aut per accidens mors sequitur. Cum rupte fue
rint uene humores fluunt et turbantur. et spiritus infirmantur. In cata-
racta fit humorum perturbatio et spirituum infectio. In stranguria est apo
stema ad clauem compressans uesicam. unde retinentur superfluitates
que currentes .i. in subsidium nature. spiritum et calorem inficiunt et a
patiuntur. Lapsus .i. mulieris precipitatio .i. descensus uel uer dextri-
lateris uel sinistri. unde dolor est .i. et currentes superfluitates et ca
lor et spiritus qui ab eis inficiuntur. mulieris passio .i. suffocatio que
anthonomastice dicitur passio mulieris. quia in ea mulieres pe
ssimas iam rite egritudines. Cum autem est apostema in pleuresi. inficiun
tur calor et spiritus quia calor excedens uincit naturalem et in superfluita
tes redundant ad urinam. In arthetica quia inficiuntur spiritus ex flu
xu humorum et liuet urina. In ptisi inficiuntur. quia est passio cor
dis propinqua. In ethica calor extraneus multum uincit naturalem et extin
guit. et fumus eius pabulum consumendo. et omnes cause predicte faci
entes liuorem antecedentes cause sunt. quia omnes inficiunt spiritum et
calorem naturalem qui sustinent fundamenta et in istam in corpore regimen
tur. frigiditas obumbrat consumendo. caliditas subtile igneum et hu
midum illud extenuando et agitatione et commotione huius fumi.

grossi et turbidi sic cum eis commiscendo aut in eis obumbratur aliquam relinquendo. seu sit hoc per modum mixtionis seu per modum solius infectionis. et quia diverse cause possunt sic facere livorem in urina ideo discretione habita per alia signa unde adiungit signa discretiva dicens.

Pauca nimis nigra livida oligia mortem
Stranguria monstrat livida pauca frequens.
Livor et ingluvies senectutis atque minutis.
Castatur loquitur spirituale malum.
Livida tisicus etiam thomosa malum probat articula
Est et renum puncta fida mali.
Occursus si mixti compressum aut diafragma
Sufficit urine lividus ora color.

Pauca et cetera. Cum per calorem extraneum urinat urinale calorem extinguit humidum urinale et membra desiccantur et ita vie urine constringuntur. et ideo urina mingitur et quia virtus expulsiva est defecta que per calorem urinalem operatur urinam substantiam expellendo et est pauca quia humiditas corporis est finita sive defecta. et hoc patet causa livoris. pinguedo membrorum liquefit propter victoriam caloris extranei calidita tis unde talis mortem significat vel febrem aduretem vel ethicam. In stranguria per frequentiam cum paucitate discernitur livor que est ex vicio vesice. In pauca livor discernitur que est ex mortificatione per paucitatem cum difficultate mingendi et pinguedinem urine. pauca est in stranguria quia collum vesice opilatur. frequens quia vesica gravatur unde expulsiva recurrit ad frequentiam quia una vice multam non valeat expellere quantitatem. livor vicio pectoris vel pleuresis discernitur per granula diversa quorum genera istius patebit in capitulo de contentis. per athomosas resolutiones discernitur livor ex arthetica et renibus. Urebra et cetera. hic declarat plane de precipitatione mulieris et suffocatione id est elevatione et compressione diafragmatis. et ex ista compressione incidunt mulieres in diversas passiones cordis magis quam ex cetera propter debilitatem cordis in eis. viri autem propter aliam causam magis incidunt in egritudinem capitis quam cordis. quia cor in eis forte est et cerebrum debile. et hic dubitatur in quo loco melius declaratur sit passionis diafragmatis et earum causas assignare et non assignare. unde super hoc magis est habita dubitatio.

De alba urina.

Albo sublimis urine nigrata colori altera
Splenis hydropis epilentia nefresis phrenesis diaphragma
arthetica tussim ex nigrum podagra scotho-
(digestione) (alienatione)
epatis algorem et febris clamitat mortem.
In senum fragilis vel aetatem puerilem
In lesis humor aut coitum lipotomiam.

Quartanam fere declarat et amphimerinam
Quoticis variat notat in muliere quoque lassas.
Hemorroydas et condilomata signat
Ut se iudicii fallax non inferat error
Talis cruda potest aut indigesta vocari.

Albo sublimis et cetera. declarat colores mortificationem significantes. scilicet album et lividum. de nigro non est dubium sive sit a calore adurente sive a frigore quod significet mortificationem. lividitas sicut est a causa mortificante. quia scilicet quia calor naturalis et spiritus aliqua causa que sit illa obumbrantur et condensantur et suum amittunt splendorem. unde cum splendor ypostasis sit omnium colorum scilicet quod dicit philosophus quidam animus in splendore in calore et spiritu. eorum caliditas minoratur et minoratio via est ad mortem. ideo per hoc fit vita et declarant colores talis et non talis cum sua urina et non urina et magis et minus. Consequenter agit de coloribus significantibus indigestionem et primo de albo ex quo patet quod actor iste prius agit de extremis coloribus quam primo de colore significante digestionem corruptam in ultimo et est niger color et sub nigro comprehenditur lividus. Deinde de colore significante digestionis ablationem et est albus sublimis ad suam ultimatam significationem indigestionis. Sed nota quod duplex est albedo urine que dicitur transluciditas et omnis coloris privatio. hec enim albedo non est color cum sit ypostasis omnium colorum. est enim ypostasis omnium colorum sic receptiva non est color aliquis. si enim reciperet se ipsum. Item si esset color niger non reciperet ipso manente primum. unde et melior est ypostasis eius. dyaphanum omnium colorum quam quidam plus dicunt. sicut splendor omnium colorum est ypostasis ita lux omnium colorum ypostasis est. sed de istis radicibus nolo plus declarare. albedo non que est color est disgregativa visus et est sicut color calcis lactis et pergameni. alia non visum non disgregat. sed magis perforat eam visus et penetrat in aliquod non offendit sive ab ea. et hec albedo multis modis dicitur secundum quod declarat philosophus. Iste ergo actor declarat de albedine urine et de ... eius urine. ad cuius rei evidentiam notandum est quod substantia urine triplici dividitur scilicet in grossam tenuem et mediocrem. et mediocris non dividitur quia in hac arte licet latitudinem habeat multam que res habere potest comparatione extrema autem dividuntur. Dicitur enim tenuis absolute et mediocriter tenuis seu relata. ex mediocriter tenuis quia quedam plus approximat tenui absolute. quedam plus medio quedam plus (equalis) distat ab utroque (extremis). Et similiter est ex parte grosse substantie. Dicitur ergo albedo urine tenuis substantie copulatur. quam albedo in digestione significat. et similiter tenuis in substantia. unde conveniunt in significatione et indigestione significant. et similiter tenuis omnes causas ad unum reducuntur. quarum prima est defectus coctionis. secunda est dissolutio humorum. tertia resolutio urine. quarta opilatio. defectus decoctionis propter duas causas fit. aut propter defectionem cause agentis scilicet caloris. aut inobedientiam materie passive. Defectus agentis duplex est. aut a creatione aut ab etate. a creatione sicut est in illis qui a creatione sua habent ex frigidum et venas quibus non (liberi) spergunt humores in dividuntur unde urine ab eis non tinguntur quia calor deficit. ingrossatur quod superfluitates retinentur.

Tenuitas fit ex
mandato
calore. quia tenues partes urine et humorum resolvit. sed non sufficit consumere. ex quibus urina attenuatur.
frigore. quod resistit calori. et calor debilitatus partes resolvit et resolutas non sufficit consumere. unde tenuis apparet urina.
ex siccitate. quia attenuat spiritum quia incorporat in se partes humorum dividit partes a partibus. ex quibus dissolvit urina redditur tenuis.

Urina alba et tenuis et pauca et quandoque indigestionem significat.
De albedine.
De alba urine explicit.

quas calor superare non potest. ab etate sicut patet in senibus in
quibus humiditas innaturalis dominatur et frigiditas et siccitas naturalis quarum u-
na scilicet frigiditas dealbat. siccitas autem subtiliat ut patet in pruinis. de-
fectu agentis scilicet caloris dupliciter est. aut propter morbi diutur-
nitatem unde resolvitur paulatim et minoratur sicut est in etici-
cis. aut propter morbi malignitatem ut patet in frenesi in qua natura-
lis calor et spiritus et sanguis rapiuntur ad cerebrum et remanet locus
digestionis vacuus a calore naturali. unde urina debet esse alba tenuis
Inobedientia materie passive duobus modis est naturalis et accidentali-
accidentalis quatuor modis. aut enim materia passiva repugnat agenti propter
qualitatem contrariam licet obediat propter quantitatem substantie sicut patet in
[illegible]. lactuca et huiusmodi quarum substantia subtilis est et cito passi-
bilis. tamen quia frigida calorem frangit digerentem et debilitat aut
repugnat propter qualitatem substantie licet obediat ex parte contrarii sicut patet
in dactilis et tritico que calida sunt et humida unde obediunt calori agen-
ti tamen grossities substantie repugnat sue actioni unde grossi et vis-
cosi generantur humores unde urina tenuis erit. aut repugnat propter
utrumque sicut est caro bovina. fabe et huiusmodi que frigida sunt et sicca. in
substantia autem repugnat propter nimiam substantie subtilitatem et liquiditatem
unde evadit a prima digestione et secunda nec comprehenditur a virtute re-
tentiva quousque digeratur propter nimiam sui liquiditatem. unde calor
naturalis submergitur ut apparet in lucerna et igne in quo ponitur
multitudo lignorum viridium. aut propter inordinationem diete ut cum
aliquis cibus prius recipitur et cum est eius digestio mediata in
stomacho recipitur alius super ipsum qui prius cum digeritur expellit
cum stomacho cum quo et ultimus crudus erit qui veniens ad epar sua
cruditate non digeritur ut oportet. quia error prime facit secundam et ter-
tiam. propter dissolutionem humorum fit urina alba et tenuis ut apparet in
flegmate vitreo quod liquescit et dissolvitur et miscetur cum urina. unde
ponit Egidius talem regulam quod omnis humor mixtus cum urina eam
ingrossat excepto flegmate vitreo. sed contra dicit Aristoteles quod aqua est
vino congelata. aut in glacie ad tantam subtilitatem non redire
possunt liquescit quantam prius habebat. sed flegma vitreum est flegma
coagulatum a debili calore seu a frigore secundum medicum ex flegmate na-
turali dimisso ut complete [illegible]. est quod flegma vitreum species aque seu humi-
ditatis [illegible]. quod cum liquescit flegma vitreum ad tantam subtilitatem
non devenit quantam prius habebat. sed si in statum quo misceretur
cum urina eam ingrossaret quod omnis humor postquam liquescit et mis-
cetur cum urina plus debet eam ingrossare. et dicimus quod flegma vitreum
dicitur vitreum quia assimilatur vitro per calorem liquefacto. et est per-
vium. transparens quemadmodum vitrum. unde tale flegma mixtum cum urina red-
dit eam puram. transparibilem que in veritate et substantia grossa
est. sed tenuis per visum. quia visus penetrat per eam. visus enim
cum penetrat per aliquod corpus ponit ipsum tenue subtile. sic
medicus ponit urinam tenuem et subtilem iudicans per sensum qua-
mvis per eam penetrare manifeste. nam omne transparibile est sub-
tile ut patet in glacie. vitro. cristallo et huiusmodi. propter resolutionem humiditatis
dupliciter. aut in parte aut in toto. In parte ut in diabetica passi-
one in qua dissolvitur virtus renum et debilitatur. unde retentiva de-
ficit in eis et digestiva. In toto dupliciter. aut enim liquescit pingue-
do membrorum que cum sit pura et alba urinam reddit albam et transpi-
bilem. et quia secundum sensum tenuem. et hoc maxime in ethica. aut propter defe-
ctionem caloris in corpore et venis. cum enim in ethica membra solida sic-
ca et in extremis seu in profundo patiantur [illegible]. quiescat sicut calor

ille illud profundat relinquens epar et venas. unde urina apparet in
eis alba et tenuis. Et differt hec urina ab urina que erit pinguis
propter dissolutionem pinguedinis renum quemadmodum dicit Ysaac in urinis. propter
opilationem erit urina alba et tenuis. et opilatio aut est
ex apostemate. aut ex frigiditate vasa constringente. aut ab humore et
humorum opilatione aut comprimit ex viam urine. aut est in ea. dicit
ergo "albo et cetera." fit alba propter spleneticam passionem. omnia significata ad
aliquam causam dicta sunt reducenda. fit alba propter spleneticam
passionem opilantem propter grossum humorem. sed dubitatur quomodo in epate et ve-
nis generetur urina et non transeat per vias splenis quomodo potest fieri
tenuis et alba propter splenis opilationem. ad hoc dicimus duobus
modis quorum unus est valde extraneus et remotus. Cum enim
vidissent multotiens medici urinam albam et tenuem et radi-
osam in splenetica passione posuerunt quod huiusmodi urina habet significare super
splenem et hoc ex experimentis multotiens verificatis. Cum enim videbant sple-
nem grossum et durum sentiebant et consimilem urinam videbant
experti erant quod hec urina talis fiebat propter splenem cum nulla alia egri-
tudo in corpore sentiretur. Alio modo dicimus quod splene opilato redun-
dat melancolia super epar et venas. unde calor debilitatur et humo-
res ingrossantur et sic est alba et tenuis. et in splene est urina alba
et tenuis et hac de causa radiosa quod fit quia omnis aqua naturaliter in se con-
cludit aera in poris suis a quo ipsa habet radiositatem et puritatem
tem illam que est in ea. ipsa enim in radice munda est. Cum ergo in ista opi-
let splenem epar et huiusmodi vasa non erit sensibile propter grossitiem hu-
morum. immo sola aquositas est expulsa. et ideo apparet radiosa al-
quia nullum corpus illuminosum quod nisi putrare incipiat cum eius a-
quositate miscetur. sed tunc habet dubitationem quare non erit alba et
tenuis et radiosa similiter quando vie que sunt inter renes et vesicam opi-
lantur a multis que valde sunt subtiles multo plus quam vene epatis.
quam dubitationem ad presens relinquimus insolutam. In ydropisi est
alba et tenuis propter opilationem totius corporis aut vene maxime circa
epar. cum enim membra repudient superfluitates que sunt in nutrimento
male digesto remittuntur ad epar. aut fit alba et tenuis propter defe-
ctum coctionis. et specificatur per quandam lividitatem superius et
obumbrationem cuius ratio superius assignatur in capitulo de livore. In cra-
pula fit alba et tenuis propter defectionem coctionis vel inobedientiam
materie passive. In nefresi propter lapidem opilantem vias urine. In diabetica fit
alba et tenuis quia tota humiditas et aquositas exsugitur. unde in-
grossantur humores et calor non obedit in superando. et ita in dy-
abetica fit alba et tenuis propter inobedientiam materie cum agente. aut propter
humiditatis resolutionem sicut superius est monstratum. In arthetica fit alba
et tenuis propter defectum coctionis que defecta est propter defectionem agentis
in loco digestionis. Cum enim in arthetica sit dolor sit magnus con-
currit calor naturalis et spiritus ad locum dolorosum. unde epar et vene
vacue sunt a calore. Item quod est arthetica ex fluxu humorum fle-
gma super fluit cum eis flegma que principaliter est ille qui se offert ad am-
bulandum cum aliis. semper enim flegma se offert ad fluendum cum aliis humo-
ribus et movetur. maxime enim est liquiditatis. contrarium facit melancolia.
Et non sequitur quod si arthetica fiat ex solo frigore aut ex sola sicci-
tate non competit [illegible] nec flebotomia sed solum ergo illa que fit extrinse-
ce humorum. et non sequitur quod in quadam ydropisi competit flebotomia sicut
que fit ex multitudine humorum ut fit in crapulatis multoti-
ens et regimine suum inordinantibus ut dictum est paulo ante. dicit
enim Alexander quod in hac ydropisi fiat flebotomia ut reflectatur calorem
quem multitudo caloris extinguit et submergit. unde accidit quod
in corde multum frigidus fit sanguis frigidus et in calidis calidus.
Et non quod solus sanguis unde quod in eo sit equalitas istorum humorum.

6

ex qua equalitate diuisa corporis membra. Et humor suum sibi
et sanguis est ex urina. Unde ipse solus potest omnia mem
bra nutrire. tum non per se. ipsum adaptat ad membra colica nu
trienda et sic de aliis humoribus. Mediocriter uero sensibiliter ponit
quod ex illis humoribus. unumquodque membrum nutriatur. nec est contrarium
secundum physicum et iter. In arthetica quoque est urina alba et tenuis speci
ficata per arthomosas resolutiones. Sed si in arthetica fiat ta
lis propter diuinationem materie ad locum doloris. quoniam a simili in colica non est do
lor magis. urina est hic. tamen dicit auctor quod urina in colica appa
rens tincta laudabilis est. quod significat eo. et incipit non uincere super
materiam. ypocras uero dicit quod urina alba et tenuis in colica est pessi
ma et mortifera. Unde dicit ysaac quod ypocras de quadam mu
liere que habebat talem urinam in colica. indicauit ipsam mo
ri in die VII. et sic euenit. et dicimus quod in colica dolore
uehementior quam in arthetica et fit motus maior. quod ex dolore
motus. ex motu calor. ex calore dissolutio materie. et expulsio
fit. In arthetica non sic fit tantus dolor. Unde nec tantus mo
tus et ita per consequens significat eo. quod tingit urinam. colorem que
nigram quoniam habundat materia in corpore. calor frangitur et
humores ingrossantur. Unde urina fit alba et tenuis et hoc ad oppi
lationem reducitur. pedicon. id est epilentia. quod patitur radix totius se
sibilitatis. currit non ad caput. Unde locus digestionis natiuus fit
a calore. vel est cum epilentia vel apoplexia. generatur in corpore a qua fumi gros
si vel napores fiunt et in caput currunt. aut a materia et maxime
in capite. Unde calor deficit et humores ingrossantur. cum des
cendunt humores ad membra inferiora per neruos In scothomia. fit alba et
tenuis quod materia generatur a qua grossi fumi ad oculos e
leuantur unde uisus deficit. In algore epilentie. aut a non acuta ab
accessione est urina alba et tenuis ut dictum est. et distinguitur quod
talis potest apparere in principio. vel augmento. vel in statu. vel in declina
tione. In augmento. vel in statu. significat frenesim. In principio. cru
ditatem materie. In declinatione. salutem. Sed in declinatione cum ma
la materia totaliter expulsa sit et non confortetur. et non redierit ad
se urina non debet esse alba et tenuis. Unde si appareat talis in decli
natione. malum significat. quod morbi recidiuationem. Cum enim non penitus
euacuauit non partem que fere fuit naporosa et grossa remansit
sit. sed non potente uincere eam. fit urina alba et tenuis et hoc
est malum signum. quod non est defectio ex morbo pendenti male
sed dicit egidius quod concedo. In sene etc. maxime in senio con
stituto in quo calor est debilis et quoniam illius sicca. et multe hu
miditates frigide et uiscose accidentaliter habentur. Unde nasa in eis
oppilantur. et ita propter defectum caloris. et propter oppilationem est urina
alba et tenuis. Sed in pueris uidetur quod talis sit alba et tenuis.
multe enim humiditates in eis sunt. Unde calor illius in eis extin
guitur. secundum modificant suum regimen. et quibus calor deficit
et in ex huius causis urina eorum debet esse alba. secundum pueri sunt sicci ergo urina
debet esse tenuis. Sed dicimus quod pueri multum habent caloris qui
multo indiget nutrimento. et ad multum nutrimentum. nisi
extinguitur calor. Dico autem quod humiditas eorum est sic spermatica
calorem non extinguit illam. sed saluat magis. Unde per tantum eius
caloris aliquantulum obtundit sed totum exedit in substantiam
et licet inordinate dietam. non extinguitur calor consue
tudinis et quoniam illi multo indigeant nutrimento. vel dicas quod
intendit de pueris ordinantibus suam dietam. Ad hoc
dicimus quod hoc non sic sit. tamen propter mollitiem eorum relaxan
tur quoniam multa humiditas descendat ad illas. et in pueris

dicit quod quia nigra humoribus multis vel salsa est uiscosa tenuis
cum fumositas per ut simul fiunt de ingestione et aliis aut ...

uis
ui. debet esse urina tincta et grossa propter causam dictam. In lesione etc.
cum materia est in inferioribus membris eleuantur grossi fumi ad
spatulas et ad collum. Unde ibi distenduntur et ibi fit dolor
et lesio et urina tunc est alba propter oppilationem factam a gros
sis humoribus inferius et cum illi mali fumi ueniunt ad cor
fit sincopis. quod patitur radix uite. In quartana fit alba
et tenuis propter oppilationem ex grossa materia. In amphimeri
na fit alba et tenuis propter uiscositatem materie. mulieris etc. cum
oppilatur matrix ex grossis humoribus. aut melancolicis. aut flegmaticis uis
cosis aut huius mixtis. aut frigiditate sue complexionis aut alia de
causa fit urina alba et tenuis. et quoniam sunt tot cause facien
tes ad oppilationem mulieris. dicit uarias concurrere. et uero quod
tunc retinentur illis menstrua. quoniam deficit generatiua. menstrua autem
non sunt sicut quidam dicunt propter corporis mundificationem. sed pro
creationem propter generationem ad speciem saluandam. Unde sperma est indigum
sicut dicit auctor. et quoniam sic illis deficiunt. sanguis ingrossatur et fit
mixtio et ponderosus. Unde emoroyde rumpuntur et ueniunt.
In emoroydis est urina alba et tenuis. quod fluit ex sanguine gros
so oppilante et in condilomaticis vel est alba et tenuis. et sunt
condilomata quedam parua aperta et grossitudines quedam per ipsas
in capitibus uenarum. Unde uene oppilantur. et ideo urina est alba et tenuis
talis etc. ut se expediat et breuius transeat de causis facientibus urinam
talem. dicit quod ipsa est signum indigestionis. et indigestionem concomi
tantur. rugitus. dolor capitis. maxime in sinistra parte. istud ypocondriorum
Cum enim est indigestio. generatur grossa uentositas et sed ipse motu
moueri cum calor illius debilis sit qui debet motum eius illi ad
inferiorem declinare. Unde ipsa sibi relicta. petit superiora et fit
inde rugitus. petit in cerebrum et fit dolor capitis maxime in sinistra
parte que frigida est propter aspectum saturni super splenem. Unde fumus ille ge
neratus a debili calore. petit locum sibi similem in capite. et ipsa
stans et morans sub ypocondrio. facit id est. tensionem et dolorem. et
hec signa data sunt ut plurimum in omni indigestione.

de glauco colore.

Spissus fuscus erit conuicta illa liquoris.
Est in iudicio glaucus color emulus albo.
At minus offendit natum iura caloris.
Si fuerit tenuis mediocris aut mediocriter
Glauca vel alba notat crudum fluxus acri.
Glauca uiscosus fit consueta tertius.

Spissus etc. Determinato de colore albo et eius genere et suis signi
ficatis. postea agit de glauco et sua genere et suis signis ex
ecutis. postea agit de glauco et sua genere. et suis significatis. Sed quoniam
precedere autem posuit glaucus color post album ordinem. Sed quomodo
habet hoc quod dicit minus offendit iura. Cum enim color ille signi
ficet mediam digestionem. que frigida est et sicca. maiorem significat
indigestionem quam albus qui media ratione utriusque qualitatis repugnat
calori digerenti qui mouet a medio ad extrema. sed dicit autem quod
frigida est tamen calori contrariet una qualitate. Unde ipse dicit quod frigidas melior est
frigida est diminuite coctionis. Unde ex
absoluta. frigiditatis frigidatis est relata vel relaxata. Unde ex eo

potest si sanguis et non ex melia et contra intra calorus int
sine spergere et diad et subtiliare et hinc adiciat melia
duplici de causa. ista non tantum vina et etiam ista minus firma sic quod
melia: iterum est quod glaucus significat magis offendi intra calorus
quam albus calus qui significat ista durari et maiori indigentia per glau
cum quam per albam significatur. Ergo dicimus quod verum est hoc in operatione
ad significationem. Sed in operatione ad dictationem quam facit ad
sensum ut dictum est. Unde dicit ac in hoc loco est in iudicio id est
in signe. hoc quod potest iudicari id est quod per albam scilicet indigentia. Unde
est eminus albo emulatur enim ei in ii modis aut in colore
aut in signe. In colore quia videtur aliquantulum esse recedens
albo. In signo quia aliquantulum per sensum videtur minorem
indigentiam significare cum ergo color est albus et eius significat indigentiam
spissi etc. quoniam suus splendor et sua lucidiens elevatur et hic
est eius non hic lucidiente propter sui significati siccitatem que ip
sam elevat quia non dimittit grossa corpora exire quod splendorem
suum obumbrent. In glaucedine quod non potest esse aliqua grossicia
est quod grossicies splendorem obumbret et sic opposita esse sunt
in eodem quod non potest esse. glaucedo enim semper est in lucidiitate. gros
sicies ut plurimum est cum ubositate. Et nota quod omnis humor per diu
sa tempora morbi colorem et liquorem urine habet contrarie. melia non in
principio reddit glaucam in augmento et in statu. contra ubi prevalet in
eam et spergit iterum reddit urinam nigram et grossam. Similiter
ista contra sit in principio indigentiam reddit eam aliquando lacteam subtenuem.
In augmento ut in statu spergitur et calefit: reddit eam gros
sam subpallidam pallidam. Similiter colera in principio attenuat et
non per ista ingrossatur digeritur et spergitur cum urina eam ingrossat
et tingit fortius quam prius. Sed fuit etc. agit de glauco aliquan
tulum a non glaucedinis recedente. quoniam est cum substantia subtenuem quod
tamen ad principium morbi vel cum mediocris quantum ad augmentum vel sta
tum. et hic glaucedo significat dominium frigiditatis acetosi. et hic glaucedo di
citur. Unde dicit glauci vel gl. ex non enim frigiditatis ad de lacteitate cum
glaucedine miscetur. est tamen in radice glauca licet sit in super in
ducta nigredo ex non frigiditas propter quod fit tenuis in principio. contra non digi
tur mediocris. Et nota quod triplex est albedo. quedam est cum
lucidiitate tedente in vladitate que vere et sensibili significat me
lancolia. et est quedam cum quodam splendore tedente aliquantu
lum in rutilatione. et infallibili significat eo. subrufam in statu. est
et albedo clara absque pariis dominis quod per viditate semper significat ista.
et viditas semper inter ex egressu est propter frigiditatem quicquid dicunt me
dici moderni. Cum enim adurantur humores exhibent calidum ille
et humidum ipsi. Unde succedunt frigus et siccitas. et dicit quidam
quod glaucus color in initio significat temperamentum in ipso. Sed ego dico
quod fit in medico quod in initio sit pallida vel subpallida. sed cum substantia
tenui significat temperamentum. pallida vel subpal. in substantia grossa vel me
diocris significat in frigido temperamentum.

de lactea vr.

Lactea subtenuis in acute caumate frigidus
livis nigrissimi signis adiuncta sinistris
dampnat et accusat presentis crimine mortis
fallitur urina si tibi certo.

Ordine ostendit quod sint media significantia sopor affert bona respiratio

Tenuitas.

Lactea etc. post quam album primum
qui tanslucens dicitur et omnium colorum privatio. agit de la
cteo qui est species albi coloris. Sed de ordine querendum quia glaucus co
lor contra maiorem indigentiam significat quam albus. quia glaucedo nisi est cum
tenui substantia sed albedo est minus cum tenui substantia. et ita glau
cus color plus appropinquat inter omnes colores significantes indigen
tiam et color que ultimatam indigentiam significat. ad hoc dicimus quod
colores significantes si sumantur ad suam significationem vel ad opera
tionem significatorum et humorum quorum dominium demonstrant. dico
quod glaucus color precedit album. Sed secundum hunc modum non secundum theophi
lum nec secundum actorem istum colores significantes indigentiam ordinantur.
Sed quod in operatione ad dictationem et impressionem quam faciunt in
sensu visus. Glaucus vero ut apparet in sensu plus appropinquat
tincture quam albus. quod ideo fit quia siccitas initie per quam per quam
fit glaucus tenuis contrahendit humores et stare facit nec dimi
tit disrumpi nec fluere seu spergi. Siccum enim est facile contine
ri in se. eo stat de facili. difficile enim est alieno termino
terminare. et difficile propter eius disrumpitur. Unde siccitas
non dimittit ad corpus globosum currere cum urina seu grossum.
ideo exit tantum aquositas in qua splendor aeris qui manifes
tatur in aqua manifestatur per sensum. et siccitas ipsum splen
dorem elevat et augmentat. Sed ista contra sit humidum male in se
terminabile est. et bene cum alieno. et ideo propter eius contra dirantur
currunt cum urina que cum sint grosse splendor et claritas
urine minus manifestatur apud sensum. Glaucus vero propter splendorem
et lucidiitatem in eo propter siccitatem elevatam quandam fanta
sticam tincturam videtur pretendere per sensum. quod non est ita. et
tamen apparet in sensu. et ideo glaucus in operatione ad sensum plus
videtur de tinctura habere quam albus. et ita plus elongari ab
albo tenui et puro et aquoso. Unde post album in hac via
a theophilo ordinatur. Dicit Sed lactea etc. Videtur quod
lactea subtenuis in principio febris sed acute sola absque adiuncti
one maliorum signorum sit signum mortis. quoniam hec urina significat materiam
crudam frigidam que longum tempus requirit ad sui digestionem. et cum
hoc est acutas morbi sed diuturnitas morbi et acumine
licet simul possint reperiri non enim diu tolerantur. quoniam acumi
nis deicit eo non dimittit ipsam expectare longum tempus
quia ola deiciant primi. Item hec urina in caumate febre acute
non potest apparere nisi sit frenesis. quoniam hec significat materiam frigidam
et flaticam. sed febris acuta cum caumate est adurens ut cau
son aut acuta ex materia ca. non ergo dicit quod hec in principio febris
cute cum caumate appareat. Ad primum dicimus quod re vera si
acumine esset magnum valde sequeretur conclusio. sed actor intelli
git de acumine febris que non est multum acuta. est tamen acuta.
quia materia putrefit intus vasa. Sed hic acumine non deicit mul
tum iterum. Unde ideo per longum tempus ipsum potest tolerare. Ad secundum dicimus
quod non intelligit de caumate sicut est in causone vel in febre
adurente. sed caumata hic sumitur per calore qui sentitur
in aliqua parte propter apostema. aut propter calorem ipsius febris acute. que licet
sit ex materia frigida tamen incendit et continue respirat ad cor.

7

et sua grossicie fortem ipsum calorem in urina … quod moratur in urina propter viscositatem vel aut grossiciem. et signa sumuntur ex parte morbi, ut sunt mala signa vel sinthomata … signa in digestionis aut ex parte virtutis quod … in animalem et spiritualem. Opemus soporet … memoriam … fantasiam … [illegible]

… [illegible] …

Lactea subrufis e largo fusa liquore
fine mali veniens defervescente calore
solvitur et a morbi laqueis emancipat egrum.
In febre que replicat typice et replicata recurrit
Lactea subrufis dictat quod causa sit eius
frigida prolixa longi fomenta laboris.

Lactea subrufis febris declinante calore
In pueris … relevat … refert.

Lactea subrufis. postquam determinavit … de significans lactee subrufe … [illegible]

Albescens karopos vel lactea spissa significat
ydropisis colica lapidem capitis ex dolorem
… nimborum … [illegible]
Talis apostasis cum … solvit.

Albescens karopos. post albam lacteam glaucam agit de karopos … [illegible]

de Karopos

Febris … rigore

spissitudo urine fit — et humore. quod ex ipso generatur inter spiritus humores ex quorum commixtione urina inspissatur. et calore inmoderato. quia liquidiores partes urine et humorum consumuntur et quod remanet est spissum et feculentum. uel urina inspissatur ex frigore inmoderato. uel constrictionis ui inspissatur et congelatur. sic aqua nimia frigiditate transit in glaciem.

flatis .s. et melie. plus tamen flatis et ideo karopos dicitur color similis colori panni qui dicitur camelot gallice. pannus uero ille fit partim ex albo partim ex nigro plus tamen est in eo de albo. significatum ergo coloris karopos est flegma uiscosum et melia grossa per quod commiscentur et simul durantur. sed coloris glauci significatum est melia. lactei uero flegma. et ita significatum coloris karopos non positum est. post determinationem colorum significatis agens ac. de illo colore sicut de primo. ponit eius commixtionem seu conditionem cum grossa substantia. quia tunc apparet talis. quia calor incipit turbare humores et in fumos grossos et uapores mutare. unde tamen propter turbationem. tum propter humiditatem sui significati in parte quod plus est in eo de flate. color ille cum grossa substantia copulatur. ubi dicit. deinde ponit eius significata et cum eo enim innat albescentem colorem et lacteum. quoniam iste color latitudinem habet. quia enim uergit plus ad albescentem .i. ad glaucum qui bene dicitur albescere. quia ad lacteum. hoc est quod ex significato suo multum plus est de flate lactescit. si uero quod de pari sunt .i. flegma et melia tamen aliquantulum plus de flate. albescit .i. glaucescit. si quod quasi medio modo se habet est karopos. et ideo quia color iste quandoque declinat ad glaucedinem. quandoque ad lacteum cum enumerat illos duos colores cum isto significato. ydropisis cuius significatum discretiuum est diuturna apparitio coloris karopos cum spissa substantia et est turbatio quedam et obscuritas superius cum quadam liuiditate. cum enim diu talis apparet. signum est quod errat epar. causam liuiditatis. turbulentie seu obscuritatis. prius determinauimus propter impuritatem quam repudiant membra et remittunt ad epar. quod tunc commiscetur cum urina. et propter labem et contagium spirituum. qui hic in corde puri. clari. generantur. uene tamen cum calore illi ad epar. .i. labem receperunt et infectionem. unde a membris repudiantur. et exeunt cum urina. et sunt causa quod ... ubi commorantur. lapide licet prius dicit colicam. legamus prius de lapide. cuius signum discretiuum est. harene resolutiones que sic fiunt. lapis autem generatur propter multas causas. sicut omnis oppilatio. aut propter defectum uirtutis expellentis alicuius membri. aut propter strictitudinem suorum meatuum. aut propter uiscositatem humorum. aut grossitiem. aut multitudinem. cum ergo ab aliqua istarum causarum. aut pluribus aut omnibus. humores aliqui in renibus. aut in uesica retinentur. comprimunt calorem membri. et hoc diu faciendo. faciunt ipsum exire a medio. sed cum sit ille calor superfluus. calefacit illos humores. et desiccat et hoc inuicem facit. et maxime in parte exteriori. quod totam humiditatem attrahit et consumit ita quod in extremo non remanet nisi pars grossa et terrestris. et cum sic carens humiditatis. fit puluis et harena. quia non habet partium ligationem. cum uero urina per partes illas descendat. ille harenule cum ea descendunt. et sic augetur lapis. quoniam quando sic fit quod cum urina currit aliqua grossities humorum. aut uiscositas aliqua ueniens ad locum prime collectionis adheret cum pinguissima exterioris partis. et humoris .i. prius collecti et exsiccati. et ita paulatim per additionem lapis augetur et per calorem membri exeuntem a medio exsiccatur et induratur. cuius color quando uergit in albedinem quod plus est ex flate. quando in nigredinem quod plus est ex melia. quando in uiriditatem quod plus de eo. quando in ruborem quod plus est de sanguine. et nota quod sicut grossities humorum aut uiscositas retinentur in renibus et uesica

et fit ibi lapis. sic dico quod ex humoribus per corpus uasa et renibus quando aliqua uiscositas in parietibus uasorum retinentur. facit ibi lubricitatem. unde uasa humores non possunt retinere sed currunt et labuntur. et fit arthrica. et multe alie passiones et signa media illius corporis. a latinis ignorantur. arabes tamen greci et caldei. signa eius et curam habent. et abstinua ualent in hoc casu. et fit hoc sicut fieri uidemus in uasis uinorum in quibus ad ex uino adheret. et tamen sunt lubricosa. et nota. quod ex lapide in renibus. multotiens yliaca passio generatur quia et magnificatur ualde lapis. et calor renum multum exit a medio. et desiccantur feces que sunt in yleon. quod hoc intestinum iacet super renes declinans ad latera. similiter quando est in uesica lapis. fit colica. quia colon directe iacet iuxta collum uesice. unde colica et yliaca quandoque sunt accidentia alterius morbi. quandoque sunt sine illo et ergo. potest esse quod colica et yliaca faciunt ad lapidis generationem per compressionem renum et uesice. colica cuius signum discretiuum ab ea est absentia dictorum signorum in lapide et dolor pungitiuus. cum dolore circa umbilicum et pectinem. similiter apparet hec urina in yliaca et colica quando ex humoribus compassionatis. quando ex apparatu. et cum apparatu urina. liuet magis. cuius ratio dicta est prius. quando tingitur urina in colica et yliaca. quia uero ratio dicta est prius. et yleon replicatum est in lateribus. cuius replicationem ordinauit natura ut ordinate feces egrederentur. in poris enim corporis hanc replicationem et tortuositatem ingeniauit natura in illis portis per quas aliquid debet egredi a corpore. sicut patet in naribus et auribus sic fecit natura in illis portis per quas aliquid debet egredi a corpore ut patet in yleon. et artius retinetur quod habet hanc replicationem ut spuma exeat ordinate. et sed quia diuersificantur humores in .iiii. dictis passionibus. et in aliis que sequuntur. et calor agens in eis. albescit urina. aut lactescit. aut est karopos secundum naturam. capitis quoque dolorem. presentem aut futurum. unde uersus. quibus cum urine ueluti sub inguine. dolores capitis aut sunt aut aderunt. cum non iam in cum humores motus mouent ut uisitos fumos iam ad caput eleuauit. aderit dolor cum non iam perturbat humores. nec tamen uapores in multa quantitate adhuc sunt eleuati. flatis excessum non excessum flatis. sed potius quod est grossum. terrestre. quam speciem assignat auctor. et in flegma quod sit grossum in substantia et terrestre. tamen est aquosum in substantia et non. et assimilatur pumici simi. terrestris quod habet aquositatem multam cum multa ponticitate grossa et terrestri et stiptica ualde. minorum resita. hoc satis bene determinatum est in glosis super locum illum. flumen. fluxus uentris .s. et hoc .i. bene determinatur. sunt uero in ea quedam resolutiones oblonge que fiunt ex uiscositate flatis. et aliorum humorum. sed magis flatis adherentis parietibus uasorum. quod ex fluxu et perturbatione humorum separatur a parietibus uasorum et ita cum urina miscetur. talis et cetera. hoc bene in glosis explanatur. et propter hoc dimitto. et alibi est expositum.

Sexta fit urine distantia substantia. multas
Distantias non a medio uel summo disquiret
Quam imum.

de .12. regionibus urine

(et ea)
Summa sit efficies mediana vel infima spissi
Summam vel mediam vel partem continet imam.
Et sibi consimilis sit regio regioni
In reliquis est consimilis ratio generalis

Summa sit [illegible] et cetera. quod hic dicitur specialiter est notandum. Sciendum
est ergo quod natura in omnibus suis operibus operatur ordinate et
quicquid sit in corpore si non impediatur per eam ordinatur
et rectificatur. et sic est ordinata in se sic ipsa intra propria in
format et ordinat. et per informationem qua sua intra informat
ordinate. ea intra operantur. Calor ergo naturalis et spiritus cum sint in
strumenta propria et principalia in suis operibus in nobis et ordinatione illa
qua ordinatione natura est ordinata et informata. et calor ille
et spiritus ordinantur et informantur. Cum ergo natura sit ordinare mem
brorum intra sic quod ipsa sursum elevat membrorum superiorum nu
trimentum quod ipsa sunt leviora et subtiliora. similiter est de membris
mediis et inferioribus. Cum unquam ita sit et ejus est consumere
superfluitates eorum ordinate intra corpus. Cum ergo urina sit superflu
itas humorum ab ipsis in corpore scilicet in venis per actionem nature excola
ta et ad vesicam delegata. natura aggregat urinam in vesica tamquam in
loco suo a natura sibi deputato partes eius sic ordinat quod illas
quae magis sunt proportionales in substantia colore et contentis nutrimentis
membrorum superiorum ordinat superius. similiter de mediis et inferioribus
partibus se habet. Cum ergo urina egreditur a corpore et cum ipsa exeunt
calor naturalis et spiritus qui cum a natura intus ordinentur et informentur ad or
dinandum nutrimenta membrorum et suas superfluitates ergo ordina
tionem et informationem eius retinent. dirigunt partes ordinate. sicut erant
cum in vesica eas ordinabant. et sic levia superius gravia inferius
medio modo se habentia in medio debent ordinari. Quamquam ergo iste
substantia cum [illegible] et contenta calor naturalis tamquam proprium instrumentum naturae ordi
nantis ordinandum sic et extra debet facere. per hoc quod informationem
quam ipse natura intus corpus [illegible] ipsum eius retinet. quod [illegible] probari per simile
et quod per locum a maiori. sic enim est quod cum luna maius lumen re
cipit a sole maior splendor apparet in ea et ex splendore eius
maior et fortior calor in rebus inferioribus est deductus. quoniam sunt
.iiii. quorum unum est veniente ab altero scilicet lux. splendor. calor et
vita. ex luce splendor. ex splendore calor. ex calore vita et
hoc dico cum aristoteles. quod ex lucididitate et splendore superiorum
corporum per mediationem elementorum scilicet ignis et aeris. in primis seu e
fficiuntur aut relinquitur quidam calor qui est vite principium. unde
aliquis vocat ipsum vitalem. et iste est calor formalis non igneus
corporum inferiorum informat ad generationem viventis sicut super methaura
nominum in capitulo de generatione animalium quae per putrefactionem
generantur. Cum ergo ita sit quod in plenilunio luna plus habeat de il
luminatione solis. maiorem splendorem relinquit in inferioribus
unde et maiorem calorem efficit in eis. unde maior fit ebullitio
humorum in corpore. et per ebullitionem humidum ebulliens ut patet ad sen
sum augetur. unde philaretus luna augmentante omne humidum
augmentatur. et ideo in isto tempore sapientes rustici occidunt alia
sua et faciunt suas carnes quam cum decoquuntur frustra aut non
minorantur aut fiunt maiora quam ante. et hoc est per informationem

delictam in aliis et quibus fuerunt ille carnes. per augmentum
humiditatis in eis. et per virtutem splendoris lune et luminis solis.
Cum ergo ita sit quod haec impressio et informatio in carnibus aliquem postquam occidun
tur remaneat. et etiam postquam decoquuntur multo magis est. quod impressio quae
possit natura in corpore super calorem illum. melius et debet manere ex quo iste
calor a corpore cum urina egrediatur. et quod natura fuit intus impedi
ta per aliquod impedimentum nec potuit omnia ordinare ut oportu
ituit et si non deficiat ipsa in indicatione loci illius in partibus
urine calore illius egrediens cum illa supplebitur. quod non est non potest
sed superare. quod dicit ysaac quod urina quam magis tenuis potest
ea inspissatur et cetera. quod in illo capitulo de liquore dicitur. Si non intus
natura fuit impedita ita quod calorem illum non informavit ad ordinatio
nem faciendam et eius ordinatio apparebit in illis partibus urine quae
respondent corporis partibus in quibus natura fuit impedita vel perturba
ta. tunc urina est distans in substantia aut colore. aut contentis aut
omnibus his. significatur quod magnus conflictus fit. et quod
confusio multa facta est in corpore inter naturam et morbum. unde ypo
quibus urine distantes sunt. his magna turbatio fit in corpore.

Pallida cum pingui vel subcitrina liquore
Efficie mutat prodicit frigora febris.

(red interlinear gloss:) cotidiane

Pallida cum pingui post predictos colores. agit de pallido deter
minans eius genere et significata et in egris et in sanis. Et determi
nans de causis eius efficientibus et materialibus prius. Dicimus ergo quod
causa illius est corpus humorosum non multum grossum et modica quan
titas cole quae commiscetur. pallorem efficitur. Et intelligo per corpus
humorosum. fleuma seu corpus album. Cum enim multum de flate cum mo
dico cole commiscetur. fit pallor. Quod verificabitur si multum de aqua
cum modico fellis bovini commisceatur. et loquitur de pallore
secundum quod illi copulatur. generaliter autem dico quod fit pallor cum modica
quantitas cole miscetur cum urina. albi sunt primo aquosa seu glau
ca seu lactea seu karopos. et quantitas mixtionis non est cer
ta apud nos nisi per estimationem. Quantitas enim cum duobus mo
dis dicatur in qualitate et substantia seu urina. soli nature est cogni
ta de ipsa. Nos autem cognoscimus secundum ultatem commixtiones qua
litatum et mixture seu substantiae. tamen quantitatem earum non secundum ultatem sed solum
per estimationem. Iste autem color significat principium digestionis. quoniam etsi
natura incipit vigorari potest spargit cole. quoniam subtilior et habilior ad
spargendum. est enim rara et subtilis et est ex parte caloris. natura non ob
viat. Sanguis non licet calidus. tamen est grossus et humidus. unde non
grossat cole. et ei resistit. et spargendo plus de cole quam de aliis hu
moribus quod difficiliores sunt ad spargendum. Cum non materia morbi est
fleumatica liquiditate sua quae venit cum urina. quod si in se male tractatur
et calor vigoratur spargit cole. et ideo ad decoctionem miscetur cum urina.
et sic fit pallor cum modica sit quantitas cole. Cum non materia grossa
est et viscosa. in principio natura evadit de ipsa non sola aquositas et
modica quantitas cole mixta facit pallorem. Unde non solum palli
da significat digestionis principium citrina et subcitrina mediatam digestionem.
Rubea et rufa. et subrufa completam. Rubicunda et subrubicunda
excedentem. Inopos kyanos egressum. Viridis livida nigra
corruptionem. alba lactea glauca et karopos. digestionis abla
tionem secundum magis et minus. Et nota quod sic diversificantur secundum eas cor
porum et membrorum. Similiter diversificantur urine significantes principium

Right margin:

De pallida
urina.

urina cotidiane si fuit
mixta et tenuis significat
cum salone et flatum
fluore depositum se

si in fine cotidiane urina
fuit mixta et tenuis significat
salonem febris et quinta
significat in illa fluere. In
[illegible] quod tenuis significat illa [illegible]
cosa et tenacem [illegible]
[illegible] deposuisse fluore.

Lower margins (faint later glosses):

[illegible] sic calor [illegible] calore igneo [illegible] ad generationem viventium

[illegible] caloris ebullitio [illegible]

[illegible] sic colore

medium et complementum digestionis. plus enim tinguntur in principio digestionis in corporibus calidis quam in frigidis et plus quam iam est calida quam quae est frigida. Verumptamen si urine precedentes albe aut glauce apparuerint postea urina appareat pallida signum est quod natura primo incipit humores expergere et miscere suas superfluitates aliquantulum cum urina. licet illud sit parum valde. Sed cum per colores habeamus signa distinctiva inter principium medium et finem digestionis queritur que sint signa a parte substantie. Ad hoc dicimus quod cum urina prius apparuerit tenuis vel subtilis postea fiat in ea aliqua permixtio substantie licet sit valde latens et occulta. tamen aliquantulum sensus eam apprehendit. tunc primum est signum digestionis. et si post hoc et si post hoc appareat nubes vel eneorima significatur digestio manifesta vel mediata. In principio vero cum natura primo movet humores. calor cum sit debilis non potest comprehendere id quod currit de humoribus cum urina. et ideo in spergitur et currit cum urina per totum. et quia est pauca non facit mutationem nisi valde paucam. procedente vero tempore cum calor vigoratur et plus in eis distrahitur. deinde de humoribus et currit cum urina calor iste comprehendit et aggregat in unum et colligit. hoc et est quod non comprehendere est comprehendere humidum et aggregare super quod potest. et cum sic est. fit nubes. aut eneorima. nubes cum debilior est calor et plus est de ventositate. eneorima cum plus est de calore et minus de ventositate et calor plus potest. post modum cum calor omnino superavit et vincit complete fit ypostasis. tunc enim non potens est superare prius superavit prius. deinde aggregavit. sed notandum quod ypostasis fit in parvis venis que exeunt a maioribus nam calor dividit chimos in minima et eos commiscet interius fiat tota humiditas. et non fuit ordinata et ingeniata dividit per minimas venas ut calor totaliter partes earum minimas comprehendat et perniscet separando grossum et tres tere quod prius delegatur ad parvas venas. deinde ad maiores. deinde ad epar. et totum mixtum cum urina fit ypostasis. hac eadem causa non divisit chilum per minimas venas ut calor liberius et facilius omnes partes tangeret. et hoc totum factum est ad similitudinem nature generationis etc. nam in minima dividitur ut omnes partes unius omnes alias tangerent. et sic se frangunt ratione contrarietatis partium. Et notandum quod sermones actoris in hoc libro verificantur secundum proportiones primas. quod ad sermones in quarto methaurorum. dicit enim quod etiam non coagulatur. et hoc verum est in principio. tamen si actio ignis diutius necesse est ipsum et coagulentur. Dicit ergo pallida etc. Et notandum quod sermo actoris verificatur omnibus particularibus consideratis. scilicet in flegmatico. yeme. frigida et humida regione. necnon multa dieta. et magis frigida gravante et ceteris omnibus similibus consideratis et congregatis et similiter de aliis regulis quas ipse ponit est intelligendum. et hec urina nuntiat febrem interpolatam et flatice illis quod cum sic est. significatur suo adventu. et dicit gillebertus quod vidit hominem qui per xxx. annos passus fuerat

typum quod singulis in hora qua sanguis movebatur. scilicet in mane. ratione huius non assignavit periodum mensura. Est enim motum suum omni die in sumit. Et notandum quod dicit pallida quantum ad humorem frigidos. subcitrina quantum ad calidos et sic de aliis proprietatibus competentibus ad confortationem caloris vel frigoris.

Pallida est tenuis cum declarat adusta.

Aliam ponit regulam de urina pallida. et hoc distinguitur per quandam viriditatem. cum enim adusta in principio reddit urinam tenuem ab initio propter suam siccitatem et pallidam propter caliditatem in quandam viriditatem vergentem. cum vero adusta a principio reddit tenuem et pallidam cum quadam humiditate vel lucidate. fleuma adustum cum quadam albedine in essentia urine. Sanguis adustus tenuem et pallidam facit cum quodam rubore.

Pallida subtenuis erratice flatice febres.

Aliam ponit regulam de hac urina dicens quod si sit tenuis vel subtilis pallida in colore significat febrem cotidianam erraticam flaticam. et omnis enim flatica febris interpolata invadit omni die. quia erraticus motus sequatur speciem et species flaticus salvetur in accessione flatica. falsa. pertinet et sic de ceteris. omnes isti modi flatici si putride fiant et cotidiana dicitur facere. movetur enim omni die cum species salvetur. similiter est de speciebus eorum et aliorum humorum. subtenuis est quia licet flatica huius sit firma et sicca tamen humiditatem habet plus quam siccitatem. alii enim non salvatur species scilicet flatica. hoc enim species flatica salvatur in humido sicut species humana in calido. et sic tamen sunt plus et minus.

Pallida est spissis mediocriter assignatur
Flatica continuis in speciebus fiat plurimis
Si male dispositio perduratur colore glauca
Lactea vel karopos et pallida post vitiatur
Signo palloris interius resumitur
Et redit ad proprium medicina tenorem.

Pallida cum spissis et cetera. In hac parte urina non dicit esse medie mediocriter quia flatica dominatur quia est humidum. Item si esset spissa multum nimium humidaret et esset contrarius et ipse loquitur de sano. Si male et cetera. hic ostendit quomodo pallor significat principium digestionis. In principio enim digestionis natura incipit vigorari et ad statum suum redire. et hoc est satis manifestum et declaratum prius.

[illegible] lecta subpallida clara. De subpallida urina.

pond' apostos

pondus apostemosos in dextra parte futuros
Indicat affectu constante vigore vigente

In fe. et c. febris est lenta propter materie cruditatem et tardita
tem ad motum et tarda est propter grossitiem et viscositatem
non enim hanc in brevi tempore non potest superare aut vin
cere. et hic materia est valde contraria nature. propter hoc minus potest
non ab initio contra ipsam. urina est subpallida quia vires non frangun
tur valde et ideo hic materia. et quoniam hic est viscosa aut gros
sa aut utrumque. apparet urina clara. propter hoc quod cor nebrosa non cur
rit cum urina. viscositas enim et grossities hoc impedivit. et propter
hoc est tenuis cum quadam claritate quia aqua non obumbratur
et cum virtus est fortis bene et est urina talis in fe. continua. significat
per tale urina apostema futurum in dextra parte. quia enim sit valde repug
nat virtuti licet sit fortis non potest virtus subito facere ad bo
nam alterationem. et quia est fortis. non subita fit alteratio ad mortem.
facit ergo ut quod potest. scilicet evacuationem mediam inter bonam et
malam que fit per exituram. Dicit enim G. in libro pronosticorum quod
egritudo alteratur vi. modis. prima alteratio subito fit ad salu
tem que fit per sudorem. aut fluxum ventris et cetera. et est alia ut id dicit
G. que fit subito ad mortem. alia fit paulatim ad salutem. et hoc
duobus modis. aut enim in prima alteratione subito convertitur non ad
bonum deinde residuum morbi paulatim evacuatur et in hac al
teratione sunt due alterationes una que fit subito ad meliorem
dispositionem manifeste tamen remanet adhuc de materia. et ita fit al
teratio paulatim usque tota materia educatur. aut fit paulatim altera
tio ad mortem et hoc duobus modis. aut enim primo alteratur
non subito ad debiliorem dispositionem manifeste. et hec est alteratio una
postea paulatim diminuitur et defectatur quousque moriatur
pa. Sed querendum quo et sub quo istorum vi. modorum continetur al
teratio que fit per exituram. et dicimus quod sub alteratione que fit pau
latim ad salutem. quoniam paulatim aggregatur materia ad apostema faciendum. et ce
maturatur. rumpitur et paulatim et materia saniosa a corpore evacuatur.
quousque totum corpus mundificatur. et sic fit reversio paulatim
ad salutem. Sed videtur quod ex tali materia non debet fieri apostema plus
in dextra quam sinistra. sed et plus in sinistra. quia confusio per generationem
poronale facilior est. quia et sinistra sit frigidior quia saturnus
habet aspectum super splenem sol super cor. iupiter super epar. cum ergo
materia sit frigida magis debet ad sinistram declinare. Item sinistra
debilior est quam dextra. quia habet plus de virtute quam sinistra magis
ergo debet dextra materie repugnare. Solutio si materia moveretur propter suam natu
ram esset quod obicitur. sed cum non sit fortis et sit calor. calor materiam
apprehendit et concludit in suis terminis et tunc movet eam ad
partem in qua plus est de calore ut melius. id est maturetur. et quia ca
lor movet ad illam partem plus propter similitudinem in calore. et iterum
quia illa pars est humida plus quam sinistra. et humiditas facit ad ma
turationem et caloris nutrimentum. et propter hec omnia plus movet
calor materiam ad dextram quam ad sinistram. non enim potens est
et ita sapientius operatur. Dextra enim pars calida est et hec. et fortis. hu
mida et. quia principium totius humiditatis est in ea. scilicet epar. calida propter
epar calidum et propter aspectum cordis super eam. cor enim est in dextra

epar calidum et propter aspectum cordis super eam. cor enim est in dextra
quoad aspectum. in sinistra quoad situm. et quoad aspectum plus
delegat dextre parti de virtute. id est de calore et spiritu quam sinistre. et
ideo dextra fortior est quam sinistra. ex hoc potest haberi solutio opi
nio quod fe. supveniens in ydropisi est mortalis. est enim questio
fe. supveniens spasmo ex repletione solvit egritudinem propter
quam supveniens ydropisi cum in utroque morbo sit humiditas
mala in corpore. et dixerunt antiqui quod in ydropisi plus est de hu
miditate mala quam de bona. et ideo plus et prius consumetur
bona quam tota mala desiccaretur. et ideo prius adveniret mors
quam tota ydropisis solveretur. In spasmo enim plus est de materia bo
na quam de bona mala. et cetera solo sic concedo. humiditas autem
eorum cibalis est aerea et viscosa. hec autem per se calorem pabulum
aquosa non humiditas eius extinguit et propter hoc cito se conver
tit ad bonam humiditatem in ydropisi quam ad malam. quoniam quo
usque bonam calor fe. consumpserit. ad aquosam se non converteret
qua consumpta necesse est sequi mortem. Nos autem aliter solvi
mus dicentes quod cum sint duo principia vite unum vitale scilicet cor
aliud naturale scilicet epar. ydropisis non corrumpit epar. quoniam epar
in ydropisi per se non est epar. cum ergo fe. supveniens que est passio cor
dis passio corrumpit temperamentum vite ex parte cordis per fe. ex parte
epatis per ydropisim. sed vita non stat nisi per temperamentum illorum
unde necesse est vitam deperire. Solet etiam queri quare fe. supveniens
spasmo ex plenitudine solvit ipsum et supveniens palisim
solvit eam contrario modo ut utrobique sit propter humiditatem existentem
in nervis. Solutio. materia faciens spasmum grossior est quam faciens pa
lisim. unde materia spasmi stat in poris superficialibus nervorum. contrario non
palisis. consistit fluida siccitate male et se tralabilis et bene ad alte
diffunditur per omnes dicatos nervi et in profundum multum
penetrat. unde nervus multum relaxatur propter infusionem eius
per omnes sui partes. febris autem est mala contra ea. et sic in superfi
cie nervorum exepta ethica. et cum fe. superficiei adhereat et non
penetret in nervos per omnes sui dyametros. humiditatem superfici
alem desiccat et non existentialem vel profundatam ideo fe. solvit
spasmum et non palisim. **Affectu constante**. id est desiderio appetendi.
Quod significet bonus appetitus. notavimus super capitulum
de lacteo colore. **Vigore** et cetera. quantum ad virtutem animalem et
spiritualem. vel legatur sicut exponimus in glosis.

Si fluor absistat nec sit nuncia tepescat.
pallida. spumosa. pigra. livens. cinerosa.
pauca fit testis ptisice non absona pestis.
Si fluor accedit moechis vita recedit

Si fluor et cetera. In fluxu ventris apparet urina pallida. propter enim motum
humorum calor angustiatur. unde non tingitur aliquantulum. vel pallida
est. quia non convertit se tota vel multa ad locum passionis. vel quia in omni e
vacuatione calor et spiritus exeunt in multa quantitate. spumosa

et apparet in fluxu ventris propter agitationem humorum et interceptionem
aeris seu ventositatis in humido. per hunc enim modum spuma ge
neratur. Pinguis est apparet in fluxu propter defectum virtutis contentive. Unde
unctuositas corporis et pinguedo currit cum humore et miscetur cum urina.
Aut si est fluxus ventris colericus caliditate eius pinguedo dissolvitur. lux
et cum eis supradicta est. Cinerosa est quia humores cum agitentur
et currunt per vasa fortiter ducunt pulveres quos inveniunt vasis
adherentes. Si vero non sit fluxus ventris et talis apparet signum est ptisis.
In ptisi enim fit pallida quia patiente pulmone patitur cor sicut iam
patebit. quo patiente tota virtus aggravatur circa ipsum. Unde epar et
vene remanent vacua a calore. Spumosa est quia in ptisi fit sa
nies cum ulcere pulmonis. ex qua vapores veniunt ad cor et ibi infla
mantur et primo exsiccant cor et pulmonem deinde totum corpus. Cum vero
pulmo exsiccetur cum sit membrum calidum et siccum propter vehementiam sue ex
siccationis trahit humiditatem a toto corpore. et propter spongiosita
tem suam et raritatem multum imbibit de ipsa. Unde sanies plus
augmentatur. Vapores enim inde elevati cum humiditate miscentur
in agitatione et ebullitione facta in pectore. et ex hoc fit spuma
que per quedam vasa per partem sui mittitur ad epar et miscetur et si
gnatur propter levitatem defendentis superius. Quidam dicunt quod fit spumo
sa quia aerem inspiratum comprehensum in humiditate tracta ad pulmonem.
Pinguis est quia totum corpus liquefit a calore febris. Livet autem propter infectio
nem spiritum et caloris in corde et saniei pulmonis et vaporibus inde
derivatis. Cinerosa est quia sanies corrodit pulmonem et partem eius
in cinerem convertit que mittitur ad epar et cum urina miscetur. Aut
propter adustionem factam in membris a febre diu morante. Pauca est
quia humiditas membrorum sic deinde trahitur ad pulmonem et quod
remanet de ea in membris a calore febris desiccatur. Hec febris etica non
multum sentitur quoniam est solidorum membrorum quorum passiones non mul
tum sentiuntur propter quietem eorum. Item in hac febre membra exsiccantur
multum. Unde calor non inveniens humiditatem in superficie membrorum
non multum moratur. Item non multi fumi et vapores ad exteriora
corporis mittuntur. Unde in exterioribus non apparet discrasia multa vel
est nulla. Fluxus autem evenit in hac febre ut plurimum quando mors appro
pinquat quoniam ex vicinitate cordis et pulmonis ad stomachum acqui
ritur mala complexio in stomacho eius. et sic quod multiplicat eo qua multiplica
tur fit fluxus. Unde cito moriuntur quia virtus eorum cum sit defecta
in fluxu multum et subito quod remanet de virtute deficit. Deinde
est enim quod in omni fluxu multum evacuatur de calore et spiritu. Cum
autem apparet in illo fluxus desperandum est. Unde ypocras: a ptisi habito diar
ria superveniens mortale.

Nota quod in fluxu ventris in ptisi circa signum mortis

De quantitate urine.
De paucitate
et copiositate urine

Cruditas et exsiccatio. fluxus. constipatio. paucam
Indicant urinam. res contraria multam.

Quatuor sunt cause que urinam reddunt paucam. Cru
ditas humorum quoniam ex cruditate difficilis est eorum disruptio quia
calor est debilis et hoc patet in fructibus arborum. In principio enim
cum sunt crudi difficile evelluntur. Cum vero maturantur faci
le. Corpus oppilatum retinet humiditatem ne currat cum urina magis.

lienteria et similia. Fluxus enim ventris urinam facit paucam
cum autem tanta quod sese diminuit scilicet fluxus ventris. Unde sudor ma
xime cum augentur valde. Constrictio membrorum reddit urinam
paucam et exsiccatio eorum. Contrarietas facit paucam multa
et amplitudo viarum et constipatio ventris et totius corporis hu
mectatio.

De citrina.

Ex multis tres. citrina referta figuris
Flegmaticum iuvenem vel quem magis afficit humor
Consimilis. quem spirat tereo duplici sensus impleat annos
Continuat pueros iuvenes est sed dominatur.
Portendit sanum. postquam caractere signat.
Talem constituit quartana plancetica febris
Ancipitis non potest et sub binalibus horis.
Thoracis. splenis. epatis. delicta fatetur.
Pectoris offensam. senectutis obsita grumis
Apoplexis similis radiis signata coruscat.
Sincopim minatur ex effusio largi liquoris.
In febre continua sub morbi limine talis.
Prenuntiando malum fit deficiente vigoris.
In medio fluxum minatur sub fine duelli.
Designat crisim finem federa pacis
Tempore si longo duraverit aut epatis splenis.
Oppilationem vel febrem interpolatam quartanam vel erraticas.

Ex multis tres et cetera. Postquam egit auctor de pallida et subpal
lida cum suis coloribus et de ipsorum signis. agit de citrina et subcitrina
et de eorum coloribus. et cum hoc de eorum significationibus. et nota quod citri
na et subcitrina unam habent significationem generalem cum iudicent
multissimum est. quod eius significatio et generatio scilicet dominium eius quod
utilis medico est sicut dicetur. Sed apparet eius significatio generale ad
practicam excellentissimum est et perito medico tantum. Secundum
enim quod fumi miscentur eo citrina citrinitas vergit in quadam
albedinem. Cum vero cum ea mixta ulterius dominatur est cum citrinita
glaucedo quedam. Quidam dicunt si eo admixto et
dominetur cum eo ulterius vergit in quadam viriditatem. Si cum san
guine in quamdam ruborem declinat. Sic vero citrinitas secundum

Flammula ex multo cibo et potu. ex quibus multa succositas generatur.
Ex vigore virtutis expulsive attractive quoniam multum attrahit de succo ab intestinis
In natura est in morbo a natura digesta et dissoluta cum multa quantitate expellitur.
In sicheticis est in principio apparet multa.
Flammis quartis eadem procedit.
In egris ex calore febrili naturalis corporis humiditas consumitur.
ex multo sudore.
ex multa egestione.
ridiculus laudatur.

diuersas differencias propter naturam propriam sibi iunctam. Vari-
atur. Unde eius significatio quia est et generalis sed quia particularia sunt
distrahenda. Citrinitas efficitur cum calor nimius corporis irradi-
at super humidum calidum et sic non rarum in substantia et porosum ita quod
penetrat in eo per quasdam partes et incidit in eas et refle-
ctitur super eas. Unde fit citrinitas. Colera autem est huiusmodi. Cum enim hu-
miditas replet poros caliditas et siccitas dissoluit humi-
ditatem et consumit. Unde pori remanent absque humiditate. Ubi
colera fit valde porosa et est contra cuius enim etiam citrinitas
est fortior. Cum vero calor irradiat super humidum grossum magis
quam colera ... sua et penetrat splendor caloris in eo tamen minus
quam in colera fit rubor. hoc enim humidum est terrestre grossum non
omnino tamen rarum est minus tamen quam colera. Cum vero irradiat super humi-
dum uiscosum id est frigidum et humidum non penetrat sed sola luciditas
eius. Unde fit albedo et puritas. Cum vero irradiat super durum
et compactum et non penetrat aliquo modo sed reflectitur ad superficiem
fit nigredo. et hac de causa colores humorum diuersificantur uel cau-
santur. ex hoc patet quod rubeus medius sit inter album et citrinum quia
minus recipit de irradiatione caloris quam citrinus et magis quam albus
color. Item propter hoc substancie medius est inter citrinum et nigrum quia est
grossioris substancie quam citrinus et subtilioris quam niger. hoc plane de-
terminat G. in libro ... et intellige regulas quas po-
nit ... quantum ad principium morborum quoniam tunc urina est cruda
et ideo urina est tenuis. dicit G. est multis temporibus refecta id est
plena uel relata id est operata figuris id est signis id est diuersis na-
turis et diuersis sicut dictum est. Flegma flegmaticus frigidus est et hu-
midus non sed in iuuentute ratione etatis frangitur utrumque id est frigi-
ditas et humiditas. tunc enim est quasi temperatus. Citrinus quod in eis in tenuis
urina significat egressum ad latus caliditatis. et similiter est de melancolico
in iuuentute non quod eius siccitas est magis intensa. Unde citrinus
color siue urina significat egressum ad latus caliditatis et tenuis est ma-
gis quam urina flegmatici propter maiorem siccitatem. et quando flegmaticus iuuenis
et melancolicus iuuenis qui temperamentum habent prout actuales debilior
causa potest suam urinam trahere ad calorem febrilem quam possit
cum senes sunt. tunc enim et non ... sunt frigidi. Quare G. ci-
trinitas ... attestatur in iuuenibus colericis et flegmaticis. et in melancoli-
cis minorem distemperantiam significat quam apparet in eisdem seni-
bus. et propter hoc in eisdem iuuenibus significat simplicem tertianam. In
eisdem vero senibus febrem duplicem. In duplici calor est fortior
quia siccitas est maior quam est causa adherencie fortis et difficilis
separationis. Unde post primam accessionem retinet fortiter
calorem usque ad sequentem paroxismum et propter hanc causam calor
in eis continuatur. ebullitio vero humorum non continuatur sicut in
continua in acutis. quia omnis humor per poros paroxismos mo...
cum in acutis retinetur calor propter ... vaporem et suam si-
ccitatem. Sed est mirum cum colera moueatur de tertio in tertium diem
quod homines duas tertianas cotidie affliguntur. Item mirum est de s...
moue quod dicit auctor. Dicit enim quod quidam homines sunt co-
quidam non. sed clauditur in cisti fellis tamquam in archa et

sequitur speciem videtur quod homo semper debeat habere coleram. Item dicit Ar.
quod omne animal non habens coleram est uite longe super terram. Ad hoc
dicimus quod omnes homines non habent coleram separatam cum sanguine et in-
tellige de colera quae debet claudi in cisti fellis et isti longeui
sunt super terram. Illi autem qui habent separatam cum sanguine per totum
corpus illi aleuibus causis patiuntur et cito moriuntur. In pu-
eris significat maiorem distemperantiam citrinitas quam in flegmaticis iuueni-
bus et quam in melancolico iuuene et quam in sene. quia in pueris si-
gnificat continuam. quia licet sint calidi et humidi per accidens
sunt frigidi. et habent quod iuuenes et senes dietam ordinant. ideo ca-
lor eorum ob hoc non est submissus. pueri vero non ordinant et
multum comedunt propter duplicem motum in eis scilicet nutrimenti et au-
gmenti. non enim eligunt immo comedunt fructus et herbas que
sunt terrestria et aquosa. et ideo propter nimiam humiditatem eorum ...
et propter comestionis multitudinem et inordinationem diete et
usum terrestrium et aquosorum magis submergitur calor eorum quam pu-
morum et ideo maiorem distemperantiam significat citrinitas in eis quam in primis.
Tenuis est propter stricturam pororum illi. et propter distemperantiam calidam et
siccam. Unde superfluitates retinentur. Vie constringuntur. et non quia in
pueris magis uiget attractionis motus quam electionis. In me-
lancolico vero tenuis non mirum cum ... substancie et coloris signi-
ficat temperamentum. Talem constituit planetica dicitur a planetis er-
rantibus. sicut enim habetur in centilogio Ptholomei isti planete
quandoque mouentur per motum antecessionis. quandoque retrogradationis quandoque
stant. et ita erratice et inordinate dicuntur moueri. consimiliter febres er-
ratice quandoque anticipant quandoque postoccupant. quandoque stant. et hoc
est quia humores per errationes mouentur in corpore maxime cum isti pla-
nete plus inordinate mouentur. hoc autem plus est in autumpno quando
calor est inflammatus et frigus adhuc non figitur. et sic erra-
tice sunt febres propter aspectum planetarum quia quandoque mouentur humores quandoque
stant diu quandoque tardius et non mouentur. et hoc totum est propter in-
ordinationem ex parte celi. Item ex parte nostra quia calor omnino non est infla-
matus nec frigus adhuc est fixum. quandoque mouetur non certius sed quando uincit
calor. quandoque mitius per quod uincit frigus. et humores mouentur
cum non. et non mouentur propter aspectum celi uel eius quod prouenit a celo per ae-
rem. et ideo errant paroxismi cum motu non et humorum sunt erratica. In
estate vero non est sic. immo mouentur tamen non ad exterius. In hyeme tamen
ad interius quia frigus est fixum. In uere stat et est equale. In
autumpno autem errat quia frigus non est adhuc fixum nec calor
omnino infirmatur non separatur. Unde in hoc tempore magis sunt erratice
et similiter quartane quia humores adusti per tempus precedens ingrossantur
a frigore autumpni uenientes. Unde tunc incipiunt quartane et
cum hyemes ueniunt in grossicie sua confirmantur. et ideo diutissime
brumalibus horis autumpno quantum ad quartanas in autum-
pno magis quantum ad erraticas. et non quia cum non trahitur ad di-
uersa debilitatur. Unde humores regere non potest ut ... qui con-
tra die moueantur ad diuersa. ... calorem ... et pu-
trefiunt. Unde febres faciunt erraticas propter causam dictam. quia tunc putre-
fiunt et sunt calidi et humidi. et ideo una accessio plus durat alia

... clara usque ad medi... spissa et turbida grossitudine ...

et anticipat et subtrahit propter motum et tractum. secundum vero et pla
netarum. thoracis id est pectoris sit ea et sic. et quod ad pectus et e
thicam pertinet sit propter urinam. huius urina est cum gravius sub cerebro quia
cerebrus significat capitis dispositionem et membrorum superiorum. regio sub e
cerebro dispositionem pectoris ostendit. nam similis simili et cetera. Quare in
splenetica sit radiosa. dictum est supra in capitulo de albo et
tenui. epar situm attrahit humiditatem ab intestinis a stomacho
et a venis et omnibus membris. unde urina augmentatur in principio
febris acute propter nimiam siccitatem. unde non potest spergere et ideo
non debet esse in principio morbi. unde morbus indiget longo tempore
ad suam digestionem et quia citrina est et acuminata. quod duo simul possunt
sunt reperiri. scilicet longitudo morbi et acumen morbi. sed non possunt
simul diu tolerari sicut ostensum est prius in capitulo de lacteo co
lore. In augmento. frenesim significat cum quadam igneitate
Cum enim humores ignantur. vapores ignei ad cerebrum elevantur
et hec elevatio apparet in urina. quidam enim vapores qui ignei
ascendunt ad cerebrum et diu ante adventum frenesis possunt
cognosci huius humores ascendere. post declinationem vero si sit urina
cum tenuis. significat recidivationem. quia grossa pars materie non inflamma
bilis remanet que debet cum urina misceri et eam ingrossare
quod in capitulo de lacteo colore melius est explanatum.

Flavus et auratus qui conficit urina reddit.
Citrinam tenuem cui consimilis humor
Plus tenuis crudus tenuem quia minus resolutus
Intensa est febris magis sed febris remissam

Flavus et auratus. alia regula ponitur de citrino colore cum tenui
substantia qualis est urina in colore citrina. quod generatur ex admixtio
ne coloris rufi et flavi. flavus. frigiditate et humiditate flavus. remittitur
tenuitas coloris. et albedine flavus exhibetur rubor coloris. et ita fit
color citrinus. ex quo redditur urina minus colorata et minus tenuis quam
in colore rufo et tali. Sed color citrina alia digesta alia indigesta. Ex co
lore citrina indigesta redditur urina citrina et minus colorata et ma
gis tenuis. quam ex colore digesta. et hoc ideo est. quia ex sui indigestione
repugnat nature expellenti et non emittitur aliquis grossus
suus humor et ideo cuius admixtione possit inspissari. et
color citrina digesta urina redditur citrina spissa. quia non repugnat
expulsioni cum aliquis humor emittitur. unde a tenuitate re
cedit. Si accedit color et cetera. id est distemperantia febris. redditur urina
magis intensam a citrinitate. color vitellina urinam re
ddit remissiorem quam color et cetera. et minus tenuem quia fit ex commix
tione flavi vitrei et coloris rufi. quod accidentia sunt ex colore citrina
aut vitellina aut alius humor ut habetur in libro de sinthomatibus
consimilis humor. id est qui assimilatur malo citrino. In colore citrina
humor redditur urina citrina in colore tenuis in substantia. Crudus. id est indi
gestus reddit eam plus tenuem quia magis resistit expul
sioni. resolutus vel moletus id est digestus. minus tenuem quia

resolutus et expurgatur cum urina. cum febris quia in incendium. sin
febris quia remota febris accessione. calor febris lentescit.

In rufum vergens puri color emulus auri.
Extans mediocris purus et se liquor unit.
Corporis euecti validos denunciat actus.

In rufum vergens. post citrinum colorem agit auctor de rufo et subrufo.
secundum coniunctionem tenuis substantie aut mediocriter tenuis. aut spisse aut
mediocriter spisse. quod expressius ostendit quod sit urina eucti corporis. unde nam
quia rufa vel subrufa est pura et equalis substantia vel mediocris. corporis
euctionem significat. designat namque temperantiam humorum et equalita
tem. talis namque color fit propter temperantiam caliditatis et siccitatis. aut
alias ex calido humido fit colorata. ex frigido distemperata discolorata.
sed ex temperantia et equali quietencia nec colorata nec disco
lorata sed potius rufa redditur cum quadam rufiditate tamquam
aurum eurizon. qui color equaliter distat ab extremis. et sic est
medius et mediocritatem significat. ex siccitate habundante. urina
attenuatur et ex humiditate inspissatur. et ex equali concursu
coloris substantia mediocris. si non magis in tenuitatem quam in spissitudinem
vertitur equalitas substantie significatur. et ut sit sine ulla perturba
tione. Nam quibus urina sunt distantes. huius fit humor pertur
batus in corpore. puritas substantie que non est feculenta. significat calo
ris illius fortitudinem nimium humorem volentis depurare. Quando si
rufa sit et mediocriter spissa et pauca cum equali substantia significat
sanum sanguinem et temperantiam. vel dominium sanguinis. color enim urine in
rufum vergens. aut ex ipso rufus aut rufa sit aut medi
ocriter spissa. aut rufo emulus. puri auri id est quod assimilatur
eurizon id est auro puro bono et radioso. et non auro a
celestia regione veniente quod est pallidum. unit id est coaptat
et associat se. liquor id est substantia. equalis id est sine aliqua pertur
batione et cum distans per omnes suas partes. purus id est immunis ab
omni nebulositate. medius id est mediocris inter omnes extre
mitates. talis ipse validos denunciat actus. id est perfectiones
virtutum ad operationes ex temperantia humorum et equalitate
procedentes corporis non ... sed eucti id est bene complexionati et temperati.

In puero iuvene sene flegmatico muliere.
Rufa manens nocet si non hec commoda fiet.
Continue tercie duplicis sed tempore longo.
Spatiis offensa vel febris quartane.
Principio esse datur noua semita morbi.
Rufa spuma tenet cuius summam regionem.

Nubes rara tenuis motum signata caloris
Ex salso typicam succendit flegmate febrem.
Sed continuo morbo iam precedente figurat
Spissa prius iam non continuum magis inducto
Indicat ex dulci vel salso flegmate febrem.
Flatis ac salsi mordax exuberat humor
Et sine febre furit exterioremque excitat
Extremas pungens furiosas acuit partes.
Si subrufa prius tenuis non nebula fiat
Et talis fuerit constanti tempore formam
Ydropico talis pretendit exitiale.

In puero. alia regula est de rufo colore et tenui substantia. que in puero significat febrem continuam in iuvene terciam. i. tercianam. talis enim substantia fit ex distemperancia siccitatis et caloris. in sene flegmatico significat duplicem tercianam. Sed tempore longo precedente conseptam epatis offensam. i. calefactionem febrem quacotidianam. i. quartanam. et maxime in autumpno vel hyeme. horum accidentium breviter rationes perfecte quia in capitulo de citrino sufficienter dictum est. precedenti causa alia ponitur regula de rufo colore cum substantia mediocriter tenui dum sunt nova scilicet morbi. i. in principio passionis. rufa in colore prius tenuis. i. tenuitate remissa. nubes rara. i. quedam nebula per motum caloris et per resolutiones fumositatis signata. typicam. i. interpolatam. continuum. i. tercianam morbo precedente. i. iam indigestam sed si ab illo principio affuerit spissa prius. i. magis ad spissitudinem quam ad tenuitatem iam non habet se ad significandum magis cotidianam et sublata est equivocatione tercianae et interpolatam. ex flegmate salso vel dulci si accedat ad spissitudinem. alia ponitur regula de colore rufo cum mediocriter tenui substantia que sic colligitur. Urina rufa in colore in substantia mediocriter tenuis superius non obumbrata cum est clara et pura substantia. salsum flegma sine febre habundare significat. sed in superiori parte magis declarat. est spissa ex qualitatibus salsi flegmatis urina in colore reddetur mediocriter. fit enim mediocris ebullitio. et per medie ebullitione mediocris color. non est obumbrato quia non est accessio febrilis caloris. inequalis in substantia quia per flegmate declaratur et ex siccitate attenuari. sed per urina reddetur inequalis. i. superius spissa. ideo cum ipsa urina effunditur ad ex fumositatibus. que leve est in urina superiora petit. que est in urina superius substantia cedit spumi et fumositati ascendenti et ibi inspissat urinam. Item ex mediocre calore ipsius flegmatis dum ebullitio fit per eam aliquid partes resolvuntur quia elongate et inspissate petunt superiora. mordax. i. mordicans et pungens. propter colliciat infectionem. exterioremque excitat actus sunt pruritum et scabiem. extremas partes pungens sicut manus et tybias et coxas. ad istas enim partes ratione mobilitatis potius attrahuntur. et expelluntur superflui tates. Sed distingue quando urina significat universalem pruritum corporis toti. quando particularem ut in superioribus partibus corporis aut infimis aut medius. Si appareant resolutiones in parte suprema urine significat pruritum superiorum partium. Si in medio membrorum nutritorum. Si in infimis coxarum et tybiarum. Si per totum corpus urine sunt resolutiones pruritus per totum corpus designatur. Si subrufa que fiat sine febre nebula. i. nebulosa. constanti tempore. i. perseverante. conversus malicia designatur. ydropico. i. leucoflatico. talis. i. rufa vel subrufa. portendunt. i. ostendit exicial. i. funesta et perniciosa. que significat febrem accedere in humoribus fatescentibus ydropisim. quia cum multa sit partes consumitur substantialis humiditas a calore febrili quia aliquando ipsius recipiat diminutionem. omnis enim ydropisis in acuta egritudine malum est. quando ydropicus infestatur gravedine et dolore. et simplex funiculus difficile rumpitur et ideo exicialis. Unde theophilus. Urina rufa in ydropisi malum quam quod aquosa utilis.

Rufa prius pingens tenuis ubi cella nubis
Indicat accendi febrem de flegmate dulci.
Sic ubi subsistet color et substantia constet
Flegmatis excessus dulcis sine febre notatur.

Rufa prius pingens etc. aliam ponit regulam de rufo colore. et docet quod ille color sicut quod distrahitur et per duas speciales specificatur. significat febrem typicam de flegmate dulci. et est regula talis. Urina rufa in colore mediocriter spissa in substantia. nebulosa per totum et magis superius. significat febrem de flegmate dulci. quod enim-

Urina subrufa in [illegible] [illegible] tenuis [illegible]

ista cum sit ... naturalis et putrefit et corrumpi
tur in aliqua parte corporis seu continetur in toto seu in ali
qua parte corporis: reddit urinam rufam propter suum ca
lorem et mediocriter spissam. propter suam humiditatem. li
cet enim non sit humida non inspissat urinam in principio mor
bi quia est indigesta. et actor in principio loquitur. Si enim in
est indigesta spissa est. humiditas vero licet sit facilis
disruptionis et separationis. tamen cum non est indigesta me
diocriter urinam inspissat. umbrosa est propter vapores
resolutos et ... et adustos ex calore febris. Illi enim
vapores grossi et adusti nigri sunt. et mixti cum
urina obumbrant et maxime superius. quia ibi ... tendunt.
et intelligit nubem per hoc. quod talis nubes natat su
per superficiem urine. sed nubes hic sumitur pro umbrosi
tate propter vapores predictos. et hec urina maxime visitatur:
si sapor dulcis in ore sentiatur. Si autem color remit
titur ut subrufa efficiatur et substantia sit mediocriter
spissa significat dulcis (?) flegmatis in corpore sine febre. et tunc sapor
dulcis in ore sentitur et signa que tunc apparent in
corpore valde sunt propinqua signis dominii sanguinis sig
nificantibus quia flegma dulce valde propinquum est nature san
guinis.

Rufa parum tenuis vel pinguis livida constans
Corporibus quibus sunt spumata (?) flegmate dulci
Vel salso mictat certa ratione gravari
In muliere magis portendit verba morosa (?)

Rufa parum tenuis. alia ponit regulam de cons-
titutio (?) cum color urine sit generalis per quod distinguuntur
et variatur per predictas species quas ponit ac. significat
febrem typicam vel tepidam ex flegmate dulci vel salso cor
rupto in corpore. cum flegma salsum vel dulce humidat (?)
in corpore et pertrahat ad pectus aliquid de eo portionem ex
regimine nature et destinetur ab ea. putrefit et con
rumpitur et accenditur et facit febrem. Sed si sit flegma
salsum. urina est parum tenuis lucida sub superficie granulo
sa. quia est rufa: non accensa facit hoc. quod est parum te
nuis facit non siccitas. et tamen est tenuis absolute. super omne flegma
... in sua humiditate salvatur. et flegma salsum est super
eius. tamen tamen humidum flegmatis ... et ideo non est tenuis. non parum.
et intellige in principio morbi. livida parum: maxime
superius quia non est corrupta in pectore cum sit

cordi propinqua: afficit calorem naturalem in corde et spiri
tum congelat unde urina et membra odiosi redduntur et ideo re
pudiantur et cum urina exeunt et superius ascendunt et suo
colore urinam tingunt. Grana sunt quia in ebullitio
ne facta in pectore vapores includuntur in humiditate ...
aeri inspissantur unde fiunt ampulle tunc que sunt sub cir
culo. quia regio que sub circulo est: servit membris pectoris.
et si tunc sentiatur sapor salsus in ore. res tunc ma
gis verificatur quando vapores salsi ad os elevantur.
Si flegma dulce in pectore corrumpitur. urina est rufa pin
guis et spissa et hoc mediocriter ab ... id est absolute.
... non: sit lucida et sub circulo granulosa quod magis
verificatur: si sapor dulcis in ore sentiatur. Quare pin
guis sit pinguis seu absolute sive mediocriter. ...
est prius. Quare livet et granulosa sit sub
circulo superius expositum est. et cum non que putrefiunt sunt in
pectore: sit ratio. ad pectus. quando vapores ca. et
accensi in pectore. ad caput elevantur et eius
humiditatem dissolvunt sive liquefiunt et fit reuma
gis ad pectus quia non in eo corrupta debilitatur.
... quando prior ad pectus fit fluxus debilitiore. In muliere
etc. alia ponit regulam de rufa mediocriter te.
vel mediocriter spissa. quando talis urina in muliere significat
flegma dulce vel salsum putrescens in matrice et febrem fa
cere. matrix enim recipit superfluitates totius corporis
secundum quosdam. et huiusmodi urina sic specificatur. Inveterata quia
specificantur propter vapores corruptos qui predicte
et ... ex ... sub ypocondriis sentiuntur quia
matrix cum diafragmate ligatur unde ad membra sub ipso
ascendunt de matrice grossi vapores diafragma con
primentes unde anhelitus impeditur et sub ypocondriis extre
sione faciunt et maxime in sinistra parte. quando vapores
non tantum ... sicut in dextra parte. propter eius calorem
vapores ... et multa sunt alia signa dis
tincta que in glosis declarantur satis bene.

Si color est rufus pinguis substantia febrem
Significat continuam de flegmate nata tenentem
Debilis est rustica (?) nimis contraria (?) ...
Dispositio pectoris pigri rufi ... coloris.
Sed sic cum recte ... humum livor obumbret
Cum minor inveniatur cum pleuresis ...

Urina citrina vel citrina et alba et spissa et ebu
lata pleuresim in sinistro latere esse significat quia
sinistrum latus frigidum est dextro.
Similiter rubra et spissa et ebulota pleuresim in
dextro latere esse significat quia calidum est sinistro.

si color est rufus. aliam ponit regulam coloris rufi cum substantia spissa. et talis significat continuam de febre intus vasa putrefactio. si enim sanguis putrefieret magis esset tincta propter eius caliditatem. si sit urina tenuis absolute. aut mediocriter. aut non spissa absolute licet possit esse rufa. et non quod omnis materia putrefacta intra vasa plus tingit urinam et inspissat. quod est putrefacta et magis turbat quod est putrefacta propter ebullitionem in vasis scilicet in quibus fortior est calor et materia propinquior est epati et venis urine. unde versus. continuam significat Nota livor turbatio spissa. debile rustica. quia humores currunt ad epar vel ad membra alia ut ad radicem auris vel ad assellas vel ad inguina et huius et tunc calefiunt ex motu et turbantur. unde currunt cum urina et inspissant eam. et quia conceperit calorem extrinsecum eam tingunt. Si sit causa recens alia ponitur regula. si sit urina rufa vel subrufa per totum spissa. livida superius est appone manus. significat plesim vel emitriteum minorem esse in principio morbi. In plesi magis est tincta et rufa quam in emitriteo quia materia est cordi propinquior et est febris per totum corpus acuta valde. Item in plesi est granulosa aliquantulum substantia propter causam iam dictam. non est sic in emitriteo et cum hoc. et magis livet urina. quia materia est cordi propinqua. unde spiritus et calor inficiuntur propter vapores qui sunt ante faciem cordis. In emitriteo minori inficiuntur spiritus propter febris corruptionem in vasis et propter dum materia sit febre intra vasa. et quando non continuis causis fatigantur turbata est et spissa propter ebullitionem febris in vasis. et item intus est materia flegmatica. extra vero colerica. unde sic distinguitur ab ea que est in plesi. et non quod in emitriteo minori flegma intus putrefit colera extra. unde urina magis apparet colerica colorata intus vero magis flegmatica. quando similis similiter etc. In medio emitriteo urina est magis colorata extra. magis flegmatica intus. quia flegma extra putrefit colera intus. In maiori emitriteo est urina magis colerica extra intus vero magis melancolica. quia melancolia intus putrefit et colera extra. Sed quere quare extra non putrefit melancolia et colera intus. et sit quarta species emitriteorum. De cura et dieta omnium emitriteorum maxima est contrarietas inter medicos. quidam

Sic ergo cum ypostasis magis est nature continuata, quoniam cum coloris et substantie quedam contenta de illa substantia membrorum dissoluuntur. Pili enim in urina a uillis urine et frusta carnis a carne que manifeste habent dimensionem. Sic caro in membris paniculosis, petala facta, squamose resolutiones a membris ... enim de arte sua tenetur scire naturam, formam et substantiam uniuscuiusque membri et figuram, ut per figuram contentorum et hic sciat cognoscere que membra patiuntur. Illa autem sunt contenta que sunt ab humoribus manantibus in fontibus membrorum. Unde cum contentorum plus est continuata natura id est membris quam colores et substantie. Unde etiam monstrauit in ratione et effectum. Sunt signa contentorum et maxime ypostasis est generalis, quoniam ypostasis est superfluitas tertie digestionis que in omnibus membris celebratur, et alia contenta a membris sic est perlibatum decidunt. Signum ergo coloris et substantie est particularis, quoniam ipsa tantum significant super ... et uiarum urine primo et principaliter. Dico ergo quod per accidens significant super totum; ypostasis uero super totum significat principaliter, et color et substantia per accidens. Sed certior est significatio que est per se quam significatio que est per accidens. Sic contenta significant magis continuata et ei uiciniora quam color et substantia, et per se et esse etiam declarabunt quam color et substantia. Color enim et substantia de facili distrahuntur et degradantur a causis facilibus alteratione in urina. Et dico de facili quantum ad colorem, quoniam est umbratile ad modum umbre, sicut dicitur ... quia est, quia non est. Unde est sicut umbra. Et color magis distrahitur per cibos et potus, quoniam cito faciunt alterationem in urina, sicut declaratum est in principio huius operis, et item per eosdem substantie derogatur. Humiditas enim et siccitas derogant substantie, caliditas et frigiditas derogant colori, sicut perlibatum est. Sic et per accidentia anime color distrahitur, quoniam immutatio que fit in anima immutationem facit in urina. In omni autem accidenti anime est delectatio siue tristicia, ex quibus anima subito mota sui immutationem facit subitas alterationes in urina, id est in humoribus. Ita enim est ordinatum a natura quis humor debeat magis moueri in singulis anime accidentibus. Cum enim natura comprehendit ... estimatione ingenii, mouetur ... ab anima ordinatur humores calorem ut membra separet ad complendum opus. Unde genus estimatum habetur. Vel uult exercere uindictam aliquam et fortiter operari contra inimicum qui sibi fecit iniuriam, mouet illum humorem per quem magis membra ad motum disponuntur, quod est cum siccitate, id est rigidos facit lacertos; caliditate disponit ad motum. Cum enim in omni accidenti anime subito fiat immutatio in anima, unde subita est alteratio in aliquo humore, subito mouetur calor et spiritus et humores et ex eorum motu subito corpus alteratur et maxime cordis complexio, quoniam ab ipso mouentur humores ad interius siue ad exterius siue ad utrumque simul, sicut inuenitur in tristicia que ex spe et desperatione componitur. Secundum quod sperat anima mouetur sanguis ad exteriora, quoniam qualitates habet ad exterius.

mouentes. cum non sit desperatio. mouentur uasa ad interiora. unde corpus constringitur. habent enim qualitates mouentes ad in
teriora et sic subito moueantur humores ad interiora sic
ad exteriora semper corpus secundum caliditatem alteratur. et propter hoc ysa
ac dicit in urinis. In omni accidenti anime tingitur urina.
cuius causa satis est ex predictis aperta. Set non quod immutato est
abe in anima alteratio in urina. Et non quod omnis apprehensio in omnibus
anime accidentibus sit in estimatione. que est uirtus apprehendens
qualitates insensibiles in sensato. Semper enim in accidentibus
anime estimatiua apprehensiua conueniens uel inconueniens. amicabile sibi
anime estimat apprehensiuum. Conueniencia non et exigencia. amicicia et o
diosum. Conueniencia uero et exigencia. amicicia et o
dium qualitates sunt insensibiles que apprehenduntur in sensatis.
unde equus estimat eum amicum suum qui solebat sibi da
re auenam. sic dicit auicenna. et hee apprehenduntur sic estima
tur. hee qualitates insensibiles non prius aliqua sensibilia
apprehendantur. sic est in minori mundo. quia prius est quantitas
rei in ipso quod apprehenditur a uirtutibus sensibilibus. deinde quan
titas quam sibi sensus apprehendat. deinde substantia sub specie quan
titatis apprehendit intellectus sine quantitate et qualitate. In ma
iori uero mundo prius fuit substantia. deinde quantitas. postea qua
litas. non enim prius potuit esse quantitas aut qualitas nisi sit
per accidens aut per se. Set substantia bene est sine accidente. ex hiis patet
quod sensus speciem rei cum dispositionibus materialibus apprehendit. que sunt
quantitas sensibilis et qualitas. que duo sunt ex parte materie.
et uirtus communis magis attendit qualitatem sensibilem. unde ymaginatiua ap
prehendit speciem substantie et qualitate que est intellectus incorporeus intro
corporeo qui omnem speciem substantie rei ab omnibus apprehendentibus
materialibus attrahit. et eam in ueritate et puritate apprehendit.
hic locus indiget studio multo. quoniam hic locus aperitur et apprehen
ditur euidenter quod a multis solet dubitari. et in quo errant
multi sicut ostensum est. Ex predictis patet quod color urine derogatur
causis urine. Item substantia quatuor de causis distrahitur. propter uicium
in defectu uel superfluitate prime aut secunde aut tercie digestionis. sta
bilitur enim natura in omni digestiua continuum est que si staret
eius opus efficitur impleta non a consequente rectificatur digesti
ua. unde si impleta sit secundo opus chylus crudus trahitur
ad epar. unde crudi generantur humores. et in excolatur urina
cruda. Similiter cum deficit epar. uariatur substantia urine. et eodem
in tercia digestione. Item siccitas et humiditas maxime uariabunt substantiam
urine non distrahitur. Item superfluitates que diu latuerint in membris
bus commouentur aliqua de causa. uariant substantiam urine. Item
forma corporis sicut strictura pectoris in ampliando. Ita ex
istis causis et pluribus aliis. colori et substantie urine de facili derogatur.
Set contenta in de facili non uariantur. quoniam forma et figura ma
xime sunt non que significant. scilicet quod prerogatiuam habent contenta in iudicio
urinarum probatur hoc auctoritate ypocratis. qui auctor fuit conci
lii ypocras. enim in iudicio urinarum semper in contentis suam considerationem
faciebat principaliter. ypocras autem super omnes qui de medicina tra
ctauerunt et ad cognouerunt. excellens fuit in cognitione
totius urine et hoc facit principaliter propter humanam naturam. ad cuius
subsidium principaliter laborauit in cognitione omnium rerum non
tantum. quoniam cum homo sit finis omnium que sunt sub lunari globo et
et quorundam super omnes res naturales que ad hominem ordinantur.

unde in cognitione omnium rerum sed artium studuit ypocras. ue
hementer. maxime super omnes que ad hominem pertinent. Consi
derauit enim naturas ciconie. aprorum et serpentum. et caprearum. cum
enim aper audit clamorem et tumultum canum et uena
torum. Nichil absconditur se in fouea et ibi moratur diu
unde in eo propter quietem aggrauantur superfluitates naturales. et in
de exiens. currit ad origanum et se purgat. Sic et
ista alia habent a natura hanc artem datam ad subsidium ipsorum
homo uero omnes habet artes cum sit dignissima creaturarum
et magis fuit et nobilius omnes artes habere quam unam so
lam. sicut dicit. G. in libro de iuuamento membrorum. Conside
rauit ergo ypocras. omnium aliorum naturas et artes quas dedit eis natura.
ut ipse posset homini ad imitationem illarum artium diuidere
in diuisis aliis subuenire. unde inuatur homo dipthamno contra
uenenum. et sic de aliis. et ita fuit non consequens ypocras. et ingenium
fuit excellentissimum super omnes. et ita auctoritate illius.
magni uiri confirmat intentionem suam de contentis que eiusmodi
seruanti et eodem ordine exsequitur de eis. incipiens a circulo.
quoniam capitis dispositioni attestatur. **De circulo.**

Spissus in urina si circulus est et aquosus
Stat. posterior cellula pressa dolet.
Exprimit spissus affligi sanguine prorsum.
Renum felle nigro pallidus et tenuis.
Dexteram partem fuerit colere feruens acumine
Si tenuis fuerit circulus atque rubens.
Insinuat sed radicem mortificari.
Plumbeus et ramis hinc nocumenta dari.
De liuente prius si post rubeus uideatur
Exsurgit cerebri non uigor reparatur.
Si formam causo in fe. uirorum adoptet
Felle ad motum frenesis succedit humor
Si tremulus fuit spinalia membra grauantur
Si niger extitit uel mortificat uel aduri.
Inueniens uiror aut liuor distinguntur.

Spissus et cetera. Enumeratis contentis. agit auctor de illis eodem
ordine quo enumerauit. et de eorum signis. et incipit a circulo.

non quod sit de contentis sic dicit glosa. Sed quod ab eo incipiunt contenta primo sensui apparere et primo se sensui apparere obiciunt et offerre. Sed nos ostendemus quod sit de contentis et obiective glosa. cum in omni liquoroso circulus iste fieri habeat. quod ut apparentium circulus. et dicit quod circulus iste non appareat. Sed circulus cum dispositionibus quas posuit et declarat et appareat. Sed nos ostenderimus quod maxime circulus habet evenire. licet circulus ceteris conveniat liquoribus. sic dicit G. et aliter probat cerebrum esse frigidius et humidius omnibus membris aliis. sic omnes anathomici attestantur. Unde est molle liquidum et in se male terminabile. et ideo positum fuit inter cranium et est spericum in figura. quoniam magis ceteris membris relinquitur et elevatur et aere est plenum. valde enim rarum est et porosum in ventriculis enim sunt habitaculum multorum spirituum. qui ventriculi multi sunt et magni. Nutrimentum igitur cerebri rarificatur et cum recipit multum de aere antequam convertatur et in cerebrum assimiletur. Unde liquidum et molle ad modum cerebri efficitur. Igitur et superfluitas ab eo decisa. et attestatur quod est liquida fluens in se male terminabilis et est aerea quoniam est rara. Cum igitur per eo tenuitatem venarum expellatur ad epar et misceatur cum urina causa urine ordinante omnes partes cibi in corpore. et superfluitates nutrimenti inter et extra. et in superiori parte urine superfluitates nutrimenti cerebri ordinantur et collocantur ut demonstratum est prius in capitulo de ordinatione partium urine. et sicut contentorum. Sed cum superfluitas nutrimenti cerebri sit liquida fluens movetur motu diffusionis per urinam. et quoniam est aerea prius alie elevatur superius. Et cum frigiditas eius nullis quod multa est a frigiditate aeris exterioris confortatur et condempsatur decisa fuit in hora in qua convertebat suum nutrimentum sic spiritum. et ideo ei attestatur. Cum vero illa superfluitas superius elevata motu aeris propter motum suum maiorem superficiei intendit ascendere et super urinam diffundere. et retinetur in superficie vasis cum ibi magis ab aere propter tactum condempsetur et facit vas ad hoc idem et aer contentum condempsat et ingrossat. Unde circulus hac de causa ingrossescit et turgescit. et ita patet quod circulus est superfluitas membri. quod est de contentis. et non quod circulus maxime in apparatur. et non quod in circulo inveniuntur. iiii. circuli notabiles apud sensum humani et subtili inspiciendi corpori quo bene se habere et magis manifeste in urina attestatur. Inferior est niger. secundus post primum rubeus sive purpureus. sequens sanguineum. tertius est citrinus. color quartus demonstrat illi circuli hac de causa hoc modo. quod urina est densior quam aliquis humor. ideo modo infimus magis. quoniam sic est planum ipsius ordinatio elementi in elementatis. Cum enim elementi levitas. grossitudo. subtilitas ad modum disponantur.

et densitas est causa gravitatis et grossiciei. raritas levitatis et subtilitatis. ideo aurum est ponderosius plumbo, licet sol sit princeps in forma auri et generatione quoniam aurum densius est plumbo. Unde minus continet de aere. Inferior igitur circulus melius attestatur. post ipsum circulus sanguineus. quoniam sanguis plus habet de densitate et grossicie quam ceteri. Flegma maxime cum flegma sit aquosum valde. Unde licet sit valde aereum in tantum grossius est. et non est dispositus in flegma. et ideo calor irradians super ipsum ruborem reddit. Rubor hic est propter superfluitatem. sic patet in rosa. et in omnibus floribus rubeis plurimum. post circulum sanguis sequitur. circulus colericus ratione generis in caliditate et quoniam eo est rarior. Unde multum continet de aere quam ulli in sanguine denotatur. Flegma in quod est aquosum modo motu diffusionis. tamen minus est claudens in se de aere. et quod non potuit locum suum post sanguinem occupare propter causam iam dictam. sic primo stetit. et hoc manifeste videmus in sanguine extracto per flebotomiam. quoniam infimus residet sanguis niger splenetinus. deinde post ipsum sanguis epaticus. et tertio loco post ipsum eo sic veniens arterialis quod dicitur levior quod sit eo. superius autem natat aquositas sanguinis sive urea qui urea currit cum sanguine per omnia vasa ut eum subtiliet et reddat liberi meatum. sic superius notavimus in capitulo de esse urine. Videmus etiam super sanguinem colericum quod adheret flegma viscosum grossum. quod non fit nisi quod eo locum suum super sanguinem occupavit. et non quod iste motus superfluitatum humorum iam dictorum ordine circulorum non est propter motum sequentem speciem humorum. quoniam post urinam flegma ordinatur. Sed modo magis propter motum sequentem dispositiones substantiales. Duplex enim motus est in eis. unus est linealis sive formalis. alius materialis sive localis. Videmus enim aquam per motum linearem ascendere in montibus. quoniam ulli habet stare super terram. Sed cum ibi patiuntur declinationem propter malam terminabilitatem substantie modo in finis contentis ratione substantie et iste est materialis sive localis in ipsa. et non quod in .iiii. partibus denotantur .iiii. humores et habundare ulli ita quod in una quam unus humor regnat plus. In anteriori habundat sanguis propter venarum multitudinem et arteriarum a generatione ibi existentium. Unde sanguis existens ibi declinat magis ad illam partem. In sinistra melancolia denotatur. quoniam in sinistra locatur splen super quem habet aspectum saturnus. deinde super totam sinistram. Cum igitur in splene vel in aliqua parte inferiori partis sinistre humor aliquis subtiliatur in vaporem. quoniam vapor nichil aliud est quam humiditas subtiliata. et ille vapor ascendens caput magis petit sinistram partem ratione silicet. et cum in natura sua sit frigidus. quoniam in inferiori parte fuit subtiliatur et maxime si in splene. et cum invenit frigiditatem et siccitatem in loco quem petit citius revertitur ad grossiciem et fit in urina. Sed hanc semitam terminatur in sinistra parte capitis urina. quoniam vapor conveniens ascendit a splene. Cum sic dico de omnibus vaporibus in quacumque parte inferiori generentur petentibus caput quod si ipsi declinat magis propter quietem ad sinistram partem capitis sic est in sua et sic.

fuerit subtiliati et sicci. Item dextra pars est simulter calidior de
natura sua cum ibi ponitur epar super quod habet aspectum iupiter et
et cor irradiat super ipsum super quod sol habet aspectum quod dextra
pars corporis est calidior unde in eo generatur. Cum igitur ab inferioribus
partibus corporis vapores eleventur et maxime si ex membris calidis fuerint
dextre partis vapores eleventur et maxime si ex membris calida fu
erit declinat ad dextrum. Et ideo euadit subtile desic
cantur et remanet grossum delatum. Et deo conuertitur ad co
rens et remanet grossum delatum. ideo conuertitur ad co-
propter loci caliditatem et siccitatem. Solo igitur remanet pars in ea
parte quod possit illa occupare non possitiore. quoniam mediam
et superiorem non potuit. enim eam oportuit esse separatissi
mam propter nobilitatem rationis et intellectus quorum ipsa est in
strumentum. Illis igitur fuit inhibitio hac necessitate pars posti
rior maxime cum ex parte dorsi et spine nimis irradiet cor
et epar quod super anteriorem. quoniam in anteriori sunt
membra cibalia et nutritiua. et ideo plus humidat pili antea
quam retro. Spissus. spissitudo est propter humiditatem. aquosus
id est albus albedine dico illi et non forti. purpureus est
propter colorem compositum in humido et grosso. Spissus est propter hu
miditatem a calore compositam. Lenta pallor propter frigiditatem. Rarus
propter diuisitatem seu frigiditatem cordis. Dextre parte tenuis est propter sicci
tatem. Rubet seu citrinescit propter caliditatem. Insinuat plumbeus
propter mortificationem a frigiditate inferre super cerebrum. et si hu
miditati copuletur frigiditas generatur illa si copuletur siccitati
generatur in illa. Unde patitur cerebrum et cor ad apople
xiam et paralisim et epilensiam. aut cerebrum patiatur in essentia. ne
cesse est patiens intimum vel ut nimii patiantur patiantur
quod uirtutem non recipiunt nisi a cerebro quod est radix ipsorum. De
liuore pus. cum pus liuescat postea coloratur. significat quod ca
lor illis cerebri confortatur et in cerebro et corpore melioratur et
ut sui uigor in confortatur et non quod liuor est propter duas
causas. scilicet propter frigiditatem mortificantem aut propter calorem uehementem et ad
urentem. Dicitur tamen media quod semper est propter frigiditatem mortificantem.
Unde dicitur quod si uero est niger quod hoc fit aut propter frigiditatem
quod mortificat. aut propter caliditatem quod adurit. sed distinguitur.
quia si est propter caliditatem. precedit uiror. si propter frigiditatem precedit li
uor. sed si hoc esset. nunquam in plesi et febre ca. esset liuor quod est fal
sum. Sermo igitur eorum falsus est non dicitur quod liuiditas est
plumbeitas quedam. liuor enim plumbeus semper significat frigiditatem mor
tificantem. Sed liuor quod est quasi quedam dyafanitas et co-
loris preparato. significat super caliditatem puram et ignis -[hole]etem-
uiriditatem et puritatem. Unde liuor qui est a [hole]dem est
caliditate est magis coloris preparatio. Calor enim [hole]tur. Sed
et spiritus in corde sunt in corde propter igneitatis excellentiam [hole]huo
ideo subtiliantur et rarefiunt ita quod non ex uirtuti ueri ig
nis appropinquat. nam quandam dyafanitatem uidetur
habere [hole] re. sic patet in lucerna quod in radice est liuida propter
[hole] flamma est in radice ignis. Unde in . magis apparet
co. sua [hole] lor ignis quod est dicitur dyafanitas quedam. et
si [hole] mili est color aeris in medio enim flamme
est color albus. quoniam aer fixus in flamma compescat. Superius
rubet manifeste propter maiorem frigiditatem ipsius aeris. mixto ciet

in dicimus quod rubor est propter frigiditatem. ego tamen superius nota
ui in capitulo de liuore unde quod calor facit liuescere spiri
tum et cetera. quod adurit et ingrossat. sed credo quod hoc non est
uerum quod aduruntur. sed magis rarefiunt et subtiliantur
a calore. quoniam non aduritur nisi grossum et residens. et
ideo sententia quam ibi dixi est uerior et manifestior. Si
formam causon. quoniam eo ebullit in ueniis cordis et
pro causa. omnis sicco. et ex spiritibus subtilibus et uapores subtili
antur et multiplicantur. Unde trahitur eo. superius ad ca
put. quod deferuntur per uapores. et ideo ad caput deuenerit
defensus et delatum. defensus sua subtilitate per poros cra
nei euaporat. et retinetur delatum quod sua subtilitate de
bet sub suis uelaminibus adheret quoniam si esset humidum in
retineretur. quod humidum non retinet humidum. sed humidum tractat
siccum et eo. et ideo delatum retineatur in cerebro mouetur
et facit apostema uel oppilat ipsum. Unde frenesis generatur.
tunc igitur oculus uirescit in causone. humor felleus id est co
lericus succedit ad motum frenesis. quod generatio fit mo
tu predicto mediante. Si tremulus. tremor sic dicitur. Tremor
est motus disturbatus ad sursum et deorsum uirtus enim
mouet sursum. morbus uero deorsum. ut dicit constantinus. cum
igitur frigiditas uincit super cerebrum et humiditates et hoc maxime in an
teriori parte. debilitant utrumque. Unde morbus id est membrum frigidum et humidum mo
uet in ipsius. et calor intendens eam comprehendere et in brutum
ad locum illic reducens. ipsum eleuat aliquantulum. non enim
est tremor in brutorum oleo est defectus. et ideo fit tremor. et
quoniam est in multa ualde. descendit ad de illa super membra
bra spiritualia. Unde fit in dolor. et quoniam nodus sunt apostemata.
et quoniam oppilatio generatur. et quoniam deiciat cerebrum in superflu
itate sui nutrimenti. Sed eadem dispositio sunt passio est. delicta.
Si niger et cetera. sic ex adustione precedit uiror. quoniam sic
deinde est pus. adustio precedit uirorem inducit. et quoniam
sanguis adurit prius quam eo. et quoniam eo. Cum enim eo. in cedi
per se. tunc prius aduritur. cum uero ipsa penetrat sanguinem
sic plumbatum est. tunc adurit sanguinem. et liuor quod
antecedit frigiditatem. plumbescit et est obscurus non purus.
sic uiror propter caliditatem. De ampulla.

Flo residens ampulla tumens ventosa cohens.
Cum significat morbi morbum quoque praesagat
Rugitum ventris uomitum uentrisque solutum
Et frenesim generat cerebri quoque dolore molestat

Flos residens ampulla et cetera. Post circulum et eius signa
nunc agit actor de ampulla et suis significatis. Sciendum est
autem quod ampulla. granum. spuma idem habent esse. et eodem
modo generantur. differunt tamen in quantitate. et figura sunt
forma. generantur enim ex uapore grosso incluso in humiditate.

et hoc est eis tribus generale et commune. et hoc modo di
co eos ideo esse. cum enim subtile corpus vaporosum comprehen
ditur ab humiditate grossa et viscosa quoniam ipsum non
habet respirationem. unde humiditas inflatur et elevatur
et fit ampulla vel spuma vel granum. et quamvis idem
habeant esse tamen eorum signa sunt diversa. quoniam ampulle
per se et proprie significant renum passionem. unde ypo. in amph.
quibus in urinis ampulle supernatant nefretica sig
et cetera. Spuma autem significat passionem membrorum mediorum
cordis. scilicet et epatis et adiacentium viciniorum. Grana quod
significant super capitis passiones. et causa huius rei est
quoniam in membris inferioribus sunt renes. et membra alia in
feriora in quibus calor est debilis. quoniam elongata sunt a fon
te caloris et humiditas est grossa. illis enim ex grosso
nutrimento nutriuntur. et ideo fit grossa et viscosa humiditas
in renibus. aut quia calor est debilis modo illa in. et quia
calor est debilis fit vapor grossus. et propter hoc parum sub
tiliatur propter caloris debilitatem. Item quoniam in humiditas est
grossa et viscosa humiditas vaporem illum comprehendens gro
ssa remanet non a calore debili potest subtiliari. et ideo va
por grossus in grossa humiditate in renibus et in vias uri
nalibus tunc includitur. cum calor renum movet illam non
ibi aggregatam. et in ampulla urinali significat super renes. eadem
ratione potest ostendi de spuma quod significat super mediam
partem corporis. et de granis quod significant super caput sed hoc
melius iam ostendimus. Obicitur tamen primum. quod si ista tria sig
cant super passiones predictorum locorum. tunc videtur quod unum
quodque deberet locum in urina proportionatum loco in corpore in quo
generatur occupare. quoniam similis simili et cetera. et ita deberet esse
ampulla inferius. spuma in medio. granum superius. Iste
tamen tres sibi sunt habent esse superius in urina. quare non est hoc quod sig
cent super passiones predictorum locorum. Solo generato istarum
rerum non est naturalis sed accidentalis magis et violenta est
positio earum in urina. Si enim naturaliter generarentur teneret obiectio
predicta. et non in eis facta esset violencia. generantur autem a
accidentali. quoniam cum mala humiditas in aliqua parte corporis praeter naturam
aggregatur calor suus accidentalis sit suus naturalis eam movet
et commutat partem in vaporem quem non possit expellere a loco in
quo facit nocumentum. nature enim est intentio mundare
viscosa. grossa subtiliare. frigida calefacere et sic de aliis
humoribus ut in fine sit potens super totum. Unde quod pars que generatur
in vaporem non est de sua intentione nisi sed magis ex eius de
fectu et impotencia et sic est corporis ampullosi et spu
mosi accidentalis generatio. Item quoniam hec sic naturalis. tamen non optinent
propria loca proportionata loco sue generationis. quoniam subtile illud
vaporosum inclusum in humiditate eam elevat naturaliter et faciens
violenciam. et cum ambo veniunt ad locum superiorem utrumque fit
violencia. quoniam subtile est sub grosso. et grossum super subtile.
Naturaliter autem est subtile super grossum. et grossum naturaliter sub
subtili. ideo utrumque fit violencia. ideo veniunt illorum locum actu

patet naturalem propter violenciam uiam factam. Si autem humiditas
sola reliquum staret in loco proportionato loco sue genera
tionis in corpore. et ita propter hanc causam ambo locum optinent
superiorem. fit autem ampulla grossa ratione predicta cum olus
tione. sed granum est subtilius in essencia. et quantum ad vapo
rem. et quantum ad humiditatem ipsum concludentem. quoniam in mem
bris superioribus ubi est humiditas subtilior et calor fortior
generantur grana. Sed tunc est obiectio de spuma. cum
ipsa in locis calidioribus et propinquioribus fonti caloris gene
tur. unde vapor suus et humiditas eum includens magis de
bet subtiliari quam in granis. et dicimus quod licet granum in
superioribus generetur. tamen generatur ex humiditate grossio
ri et a calore debili. et minus diu et plus significo.
quod si in ex humiditate subtili et calore forti generantur
grana idem teneretur quod fuit ex humiditate grossa et
calore debili generantur in superioribus corporis. Unde quod hec
fit et humiditas in membris capitis aggregatur mala non nocens.
et calor eam movet in vaporem partem eius mutare et
cum includitur ab humiditate expellit totum in non ampul
losum per continuitatem venarum et arteriarum ad epar. et membra
bra inferiora cum non possunt per poros cranei transire. et
cum diu movetur. ex suo longo motu concipit calorem.
unde vapor et humiditas subtiliantur. unde eius substantia minoratur.
Similiter cum transeat per loca calida. scilicet venas et arterias in sub
tiliatur et minoratur. Unde venit ad urinam in forma grani.
Spuma autem non tam diu moratur per loca eius. licet in
loco calidiori generetur. tamen grana subtiliantur magis
ex longo motu et calore vasorum per que transeunt
quam spuma in loco generationis sue. et forte est subtilior in
essencia. tamen quod ex ebullitione vehementi ex qua generan
tur partes eius subtiles commiscentur. unde totum grossum apparet
Sensibile est magis in pinguedine mixta cum urina. quoniam grossior
est a renibus. quod non a toto corpore est subtilior et quasi ins
sibilis. cuius et alibi declarabitur in capitulo de pinguedine urine.
Et ampulla significat nefresim propter grossos humores per vias uri
des scilicet in renibus viscositate sua adherentes et sua
grossicie nocentes. moriuntur per invicem. et significat dolorem ca
pitis propter grossos vapores elevatos sanguinem cerebri extra
[illegible] dentes. super quos non potest calor cerebri ut eos sub
tiliet. dicit quod non residet ampulla propter vio
lenciam predictam. tumens propter grossum vaporem inclusum
et propter grossam humiditatem. unde totum grossum efficitur
et turgescit. ventosa propter vaporem. cohaerens propter humiditatem.
propter quod difficile ab urina separatur. propter quod significat di[illegible]
cultatem disruptionis illius humiditatis propter grossiciem
multam et forte humiditatem. et difficilis [illegible] tamen
penetratio vaporis significat per ventositatem. [illegible] quia
facile non penetrat grossum per grossum. magis si sit vis
cosum. morbi crudificat. i. materiam morbi crudam significat.
grossum enim et viscosum magis est indigens alteratione ut sufficienter

ad digestionem morbum propagat, id est diuturnum ostendit esse. Propter quod ostendit aer et innuit quod urina est subtilis. Si enim urina esset grossa et viscosa vel causa aut dissolueretur. Vel quod urina esset digesta et viscosa, et ideo significatur urina subtilia, grossa et viscosa. Unde morbus diuturnitatem quoniam non dat spacium et cito non digeritur. Hoc patet quod ampulle cum pluvie cum quadam turbiditate descendentes significant longam pluviam. Sic dicit vetule descendentes quia enim urina est viscosa et calor est debilis dissoluens, tarde cadunt et suaviter. Unde quod calor est debilis, unde leviter cadunt et grosse sunt propter urina grossitiem et viscositatem vel fixitatem. Unde pluvia est longa quia calor debilis et humor inobediens dissolutioni. Hoc totum patet ex predictis. De granulis.

Granula reumatice semper sunt nuntia cause
In capite si granula fixa tenentur
In cerebro secreta latens confusio morbi
Si subsistent despissata per in non mota regessum
Accrescent capitis loca proxima per cutem humor
Proximiora id parte fit fluxus debiliorem.

Granula reumatice. Consequenter agit autor de granulis et eorum significatis, et prelibatum est de eorum generatione, que super quorundam membrorum passiones sunt propria signa. Sed queritur quare granum et ampulla semper sunt alba, spuma autem recipit colores quatuor, album, croceum, viridem et nigrum. Solutio: granum et ampulla numquam a calore faciente ebullitionem vel adustionem generantur, et ideo humiditas illa que claudit vapores in grano vel ampulla non tingitur tinctura multa valde, quoniam illa humiditas est subtilis semper ex qua fit granum et ampulla, aut ad minus numquam fit ex eo, quoniam vapor eius est subtilis et eius humiditas est rara valde. Vapor ergo inclusus in illa humiditate grossa subtili sive sit sanguinis sive flegmatis sive melancolie, cum ipsa sit tenuis actualiter, licet naturaliter sit grossa sive a grosso humore decisa, eam irradiat sua puritate, que puritas per poros veniens penetrat per omnes partes illius humiditatis. Unde dealbatur subtilia sive alba vel pura apparet. Spuma autem que generatur per calorem excedentem et adurentem quatuor tamen recipit colores. Unum a natura vaporis sicut iam dictum est, tres a natura coloris eius quod adurit in qua spuma generatur. Sed queritur cum spume humiditas que includit vaporem ex quatuor humoribus decidatur, et quoniam plus est de uno quam de alio, videtur tunc quod spuma tot colores habere debeat quatuor. Solutio: cum ex eis dominatur, et tot generentur spuma ex quibus eliquatur subtilia in urina, aut dicas quare non. Solutio sicut patet ex predictis: color tamen tingit tincedo et non alius humor qui tingunt autem tingere habent, quoniam eius sua subtilitate penetrat et sua siccitate retinetur. Sanguis propter suam grossitiem et quandam viscositatem aeream non sic penetrat, nec flegma propter viscositatem, nec melancolia propter suam compactionem et grossitiem. Inde ergo vapor et spuma clauditur ab humiditate

decisa a sanguine sive flegmate sive melancolia. Illa humiditas cum sit grossa non inficit illum vaporem nec ipsum tingit cum suo colore quia color habeat illa humiditas, immo potius splendor illius vaporis irradians sicut dictum est super illam humiditatem dat illi suum splendorem et puritatem. Unde spuma ideo apparet alba. Sed queritur quare puritas vaporis vincat humiditatem coloris. Huius rei manifestatio patet in aqua que in radice est nigra puritatem tamen recipit ab aere inclusa. Item subtile penetrat in grossum non econverso. Item puritas subtilioris est penetrationis quam colores fortiores. Item subtilitas vaporis maior est subtilitate humiditatis. Unde his omnibus in illa spuma non apparet nisi albedo, quoniam celatur color humiditatis puritate et splendore vaporis inclusi. Cum ergo illa humiditas includens vapores a colore est decisa penetrat in vaporem subtilitate sue subtilitate et siccitate sua retinetur intus. Unde ipsum inficit et colorat. Et cum tres colores recipiat cum ebullit et adurit et tres colores urina in spuma generantur ex parte coloris et huius consideratio valde difficilis est et subtilis, tamen vitare hoc si subtiliter inspiciatur. Granula etc. Unam generalem et communem dat significationem de granis, scilicet quod puto hunc significare reumaticos humores deductos a calore expellente a superioribus ad inferiora in quo humido sicut iam patet humores retinentur. In capite si fixa. Urina apparet granorum significans cum mala humiditas stat in cerebro vel capite et non descendat ad alia membra inferiora et illius calor eius eam movet ita quod facit ampullas sicut prelibatum est, expellit illas ampullas sive grana ad inferiora urine predicta. Et quoniam in cerebro sunt fortiora et generata sunt in superficie circuli in testimonio locata sue generationis. Cum vero non cerebrum expellit illam humiditatem ad partes capitis posteriores sive spine per venas et duas que sunt in parte capitis posteriori, aut ad nares vel ad fauces vel ad guttur vel ad gingivas per venas et arterias sive duas anteriores partis capitis, sive ad ipsum pectus, tunc generantur grana. Sicut prius in illis membris ad que fit fluxus. Unde generantur aliquantulum sunt sub circulo, et quanto membra sunt inferiora ad que fit fluxus, tanto plus grana subsistunt. Et fluxus fit membris que magis sunt exposita sive parata passionibus. Debile enim recipit et forte expellit sua nocumenta. Secreta latet. Per hoc quod dicit secreta latens innuit quod mala urina latitat et moratur in cerebro, que urinatis est confusio in radice, quod enim nocet urinati in radice ipsam confundit secundum urinatem, quoniam a ramis eius non subvenitur, sed magis eius. Et residuum sermonis per se satis est intellectum. De

Corporis aerii nubecula spiritualis (nube)
Judicat offense membri recursus calorem.

Corporis aerii. Consequenter agit de nube que est fumositas quedam sive aeritas occasione caloris fortis subtiliata ex grossa urina ad superficiem urine elevata, quedam ventuositate, id est retenta. Unde fit ibi umbra. Et hec fit aut propter vehementem calorem membrorum pectoris aut propter corporis calefactionem sive vehementem ebullitionem factam in ipso, cum est in [illegible]

liuet uel aliquantulum super. seu ipsa nubes propter infe
ctionem illius cal. in corde. licet enim liuor fiat propter pas. ali
quorum membrorum ut patet in arthetica i. liuescat urina quia spiritus
et calor qui sunt circa pedes intercipiuntur et congelantur. a
mala urina. unde expelluntur ab illis membris cum non sint
ydonea [illegible]. et expelluntur ad epar. et inde exeunt cum urina
cum urina ita sit tamen magis per se et principaliter fit li
uor propter pectoris passiones. quoniam pectus est fornax
totius caliditatis. recoquis i. epaticis. propter passiones epatis
grossescit magis quam liuescit si adustio est ultra
ta. [illegible] statim recipit adustionem. Spuma

Est ventosa levis vel tenuis spuma caloris
Nuncia paucis continuata sinus.
Hoc probat urine color et substantia spume
Spiritus ingrossat attenuatque calor.
Intercisa manens generis distincta minutis
Bullula generum in ventre membra premit.
Indicat ycticum vel ex porrecto adurit
Si nigra vel viridis vel que tincta croco.

Est ventosa. consequenter agit de spuma. et satis dictum est alibi quando spuma generetur. G. dicit quod tamen generatur aut propter multum calorem. aut propter motum. sed medici po nunt tertiam causam. s. stillicidium. sed hoc sub motu con tinetur. sed actor videtur ponere quartum. G. dicit enim. G. quod cum ventosa est spuma que a frigore generatur. sed questionem sic removebimus. ut dicamus quod G. calorem fortem vel debilem intellexerit. hic autem calorem debilem frigorem nominavit. et spume partes continuant. quoniam autem motu aut calore commiscentur a quorum horum spuma generetur. ut dicamus si a debili calore sit. spuma est re missa. si a forti forti est tincta. si a debili calo re substantia spume est grossa si a forti est magis te nuis. causa ratio patet ex predictis et huius ratio declaratur ita. quod spu ma significat renum dividuntur. et partes per stillicidium vel iam in giramus quod sibilatur. per motum et quod dividuntur. Intercisa et cetera. Indicat. hec omnia patent ex predictis. re quire in tractatu super pronostica statim post capitulum illud. omnis ydropis et cetera. sic solet exponi quod est potentia in illis reducitur ad actum per illud quod est in actu. sed per mo tum celi. quoniam quicquid est in celo per modum actus et perfec tionis est. nichil vero fit in illum rerum actionibus quod non ordinetur a celo. quoniam celum illum ordinat et regit. et celum dat formam vel disponit illam. et ita celum redu

cit de potentia ad actum vel tamen prius illis disponente et celo formas generare ipsi inducere. Illas autem bene concedimus magis ad illum descendentes. dicamus quod omne quod est re ducitur de potentia ad actum per illud quod est in actu. s. per calorem innatum. dico enim quod in omnibus mixtis est calor naturalis existens actu et sic de est et sic virtute. licet sensus non percipiat ipsum propter suam grossitudinem. et illud in aqua calida exposita sub aere calido tepido manifeste decla ratur. ut sic super hoc. licet sic novum sit. quoniam vita te habet si bene perscrutetis. ordinatus est quod chimus in ur ina [illegible] qui [illegible] a forti. s. ab [illegible] egredi ens cum chymo [illegible] ordinat et totius urine [illegible] manifeste declaratum est capitulo sepe fit urina et cetera.

De sanie.

Vlcera vesice sanies effusa fatetur
Aut renum scabies si gravis adsit odor.
Ex epatis regione fluit sedimen saniosum
Si dolor et partis actio lesa docet.
Proprietas olei fecem resoluto pinguis.
Cum fe. dissolvit totum subos sine febre
Humor in urina si sint pedibus ymis
Corporibus que superna ledit mediana vel yma
Stringia nervi [illegible] facit atque [illegible]
Sanctia generat medii diafragmata supra
Ex vitio renum fluit urina mixta cruoris
Vesice aut renum. vene vel sit plenum
Exp[illegible] signorum doctrina facit reliquorum
Fundit trombosum vesica generat maculosum
Et absistere modicum fetoris habet in
Onicto fit pura sit ex vene crepatura
Et dolet a fine genitus post septima spine
Sanguis fluat a labiis prius fluit et sine [illegible].

Renum testatur id punctio que comitatur
Dextre dolens certat si fluxus ab epate fiat
Quem sanguis maculat purus sine fomite datum.

Vlcera etc. Consequenter agit de sanie et de eius signibus.
sanies fit ab epate et a renibus et vesica. ab epate quando
a corruptione eius. quoniam corrumpit calor illius ipsum et corro
ditur eius substantia tunc est sanies ex corruptione epatis. et
tunc est quasi amurca et ex mollita. sicut testatur ypo-
crates et amph. Quando vero aggravatur in panniculis eius exterioribus
et est sine corrosione. fit quod propter renum passionem et sicut
dicit G. quando effundit sanguis cum ea quando non. Cum enim co-
roditur eius carnositas solum renum fit sine sanie. quando vero
corrosio venit usque ad venam in carnositate et substantia eius.
fit et sanies propter vesice passionem ut si sit apud suum orificium. sicut
et contingit in renibus vel in epate. et tunc valde fetet. quoniam ve
sica debilis est valde et non potest depurare. quia plus
dissolvit quam consumat et inde fit fetor. et fetet sanies
ab epate et principaliter a renibus et a vesica cum sit calor
eius debilis magis quam renum et epatis. fetet renum sanies propter
eandem causam. in epate solum fetet propter substantie corrosionem. quia tunc
calor illius corrumpitur et defectatur. quia vero substantia est sal
va. calor vero fortis quod digerit et depurat ipsum. Si autem
sanies est pura colica ab epate est. unde evadit quoniam epar
salvatur in sua substantia. Si vero valde sicut amurca fluxit.
corrumpitur epar. quoniam prius est viridis quam et ita efficitur quod
in decidit in substantia. In renibus autem et vesica fit fetor propter de
bilitatem est illius in illis membris. plus tamen in vesica. Cum aggra
vatur sanies in aliquo predictorum membrorum fit vehemens dolor qui
persistit usque ad mictum. unde acto illius [illegible] minoratur et ledit.
aut omnino persistit. De pinguedine cum a renibus vel cum a toto
corpore exit. dictat satis bene ysaac in urinis et glosu
lis. unde hic volo breviter pertransire. tamen dico quod in febre etica
ama [illegible] est indigata. quoniam febris est profundata in membris et cum ea
calor illius. unde vasa relinquuntur vacua calore. Unde urina
est cruda. sicut patet in frenesi et in arthetica licet non sit calor propter
dolorem partis parte delegatur ad eam calor. Unde epar et vene cal-
idi evacuantur et recurras ad glosulas et ad librum uri
narum ysaac et videbis quod oportet te titare et donare. non ad in
tendendum de urinis statim post capitulum de spuma. quoniam quod hic
scribitur hic continuatur. et pinguedo quedam est alba et quedam
citrina ut pectoralis. et recens est alba. vetus autem est ma
gis citrina. Item a debili calore liquefacta est alba. et a fortiori
est crocea. et a fortissimo viridis. quod patet in pinguedine sus
pensa in aere contra cuius calor aquositatem consumens citrinas
eam facit si sit fortis et diuturna. aut viridescere si forti
or et diuturnior. Item sanies que est effusa cum urina signat
ulcerationem vesice aut renum. aut passionem epatis ex aliquo superflua
in in eius regione collecta. Sed si a renibus vel vesica. ponitur

dit gravitate advers. et in partibus adiacentibus dolor
sentitur. Si ab epate fit dolor pulsatio sub dextro ypo
condrio et ibidem quoddam pondus percipitur et opposito
tactus digitis impedit. hoc habemus ab ypo. in quarta par
ticula amph. Si pus mingatur et squama et odor gr
avis sit vel vesice signatur. Ex vitio venarum. consequenter
agit de sanie et eius signibus qui provenit quando ab epate.
et hoc fit duobus modis s. quoniam vena rumpitur in eo. et
crepatur. aliquando de causa vel cum aliquis excitatur diu vel fortiter
et postea venit in quietem. quoniam sanguis qui per exercitiu
non consumebatur recurrit ad epar. vel cum sanguis qui
fluebat a naribus vel [illegible] emoroidis et constringitur.
revertitur ad epar. Item quando epar rarefactum est et debi
litatum in eo contentiva et mingitur sanguis. Similiter cum aliquod
membrum detruncatur in corpore. a renibus fit cum aliqua
vena in eis rumpitur aut crepatur. a vesica cum vena
rumpitur in ea. a Kili quoniam est rupta. Sed non quia a ve
sanguis coagulatur valde sub urina. quoniam in vesica sanguis est va
lde pauc. unde pessimus est et si magnus fuit non potest
curari nisi per incisionem. Que autem fit ab albis harenis a
in sciatica patientibus ille non multum adustus fuit et
ex processu temporis excoctus et induratur. diureticorum
beneficio et medicamine antidotorum facilius potest cu
rari. Ideo quia tenuitas urine aliquando fit ex siccitate.
aliquando ex caliditate. aliquando ex frigiditate. ex siccitate constringu
ntur grossiores partes urine. liquidiores vero partes eliquantur
et rarefit urina. Unde fit tenuis ut si vinum ponatur ad ig
nem fit liquidius est dissolutis partibus. et ex frigiditate constringe
re partes eius s. urine. eodem modo ex siccitate. Spissitudo vero
fit ex caliditate et humiditate et frigiditate et humores ge
nerantur non faciunt in urina non maculam quandam. Vesica
enim perprie habet de sanie. est enim membrum valde frigidum et pa
rum sanguinis. Sanguis enim renum Kilis vene et epatis mag
maculosum. Sanguis a renibus coloratur urinas liquare quam eius propter sui mixturam. Sed a reni
bus minus est purus quam a Kili et epate quoniam renes minus ha
bent de calore quam superiora ideo sanguis eorum magis depu
ratur et coloratur. et sanguis epatis plus est purus quam Ki
lis hac eadem ratione. vesica facit trumbosum. quia a calo
re debili sanguis coadunatur et quasi coagulatur vel congela
gravis est. quia calor debilis plus dissolvit quam consumat.
maculosus ratione prius assignata subsidens. propter gravi
tatem. residuum sermonis est intellectum. De harenis.

Renum vesice lapidem testantur harene.
Renum si rubee vel si magis albe.
Emula concreti fit forma suo retinenti.

Renum vel etc. sunt quod humiditates sive sunt superflue sive
concrescentes ex membris in quibus morantur susceperunt dis

ponit in forma et in figura corporis et omnino. Unde maximus de fame quia albescit propter urinam nubes lice et non sit continuus cum substantia renum sit carnosa et rubea harene in renibus sunt magis rubee. Vesica autem est alba et pellicosa unde in vesica harenule sunt magis albe. et nota quod si uis scire utrum lapis sit in renibus faciatis urinam in pelvim colari per pannum lineum mundum et subtile et si inveniantur quedam harenule subtilissime est in renibus. Si grossiores magis et albe est in vesica. hoc enim expertum est. De generatione harene propter lapidem satis dictum est in predictis capitulis de urina alba et karopos.

De pilo

Forma pilo similis vel erit decisio carnis
Aut pars humoris lenta siccata caloris.
Sin probet renum vel totius nocumentum.

Forma pilo et cetera. cum caro tantum habeat divisionem intelligendum quod a carne non fiat pili decisio. quod bene concedimus. Sed fit a membris lactosis. nervosis. pilosis et panniculosis cum calor suam humiditatem depascit que partes eorum continuabat et trahitur fila in eis. Ipsa vero sunt fila. hac de causa vel quia in eis subtilibus diu steterit humiditas aliqua quorum sicut illa que sunt infra fuit et figuratur in membro continuo subtili in quo diu steterit et calor vehemens eam trahit et sit pilus. i. resoluto piloso cum illa humiditas fuerit ad modum pili tenuata et cadit. Ex hiis patet quod non sunt pili a substantia renum sed magis propter humorem grossum viscosum existentem in grossis venis ipsorum vel aliorum membrorum. vel propter dissolutionem membrorum filosorum. lactosorum. vel nervosorum. ut sunt vene et arterie.

De squamis et furfuribus

Per squamas tenues et furfura mixta notatur
Vesice scabies. si sit continuatum
Totius fluit integritas corporis tenuatur.

Per squamas tenues posuit Theophilus quod ab eodem membro portatur sed squama. furfur. et cinnum. et cum calor agit in superficie laminam eius dissolvit consumpta humiditate in superficie tantum fit squama non habens profunditatem notabilem. cum autem plus profundatur calor et per plures diametros agit in membro fit furfur habens de parte membri grossiorem plusquam squama. Cum non calor agit per omnes diametros membri. fit cinnum. ita ponit Theophilus. sed et hoc qui plus sentiunt de anathomia membrorum et forma et figura eorum posuerunt quod cinnum fit magis a membris carnosis que habent tantum divisionem notabilem. unde et ab ipsis per eas separatum est continuitas et cadunt partes que non sunt retinentes. s. humidum. squame fiunt a membris panniculosis ut sunt vene et arterie et cum humiditas eorum dissolvitur et lamina exterior cadit non recepta per humidum. furfur fit a membris medio modo se habentibus. Unde squame priores sunt deinde furfur. tertio cinnum. et iste ordo insequitur Theophilum qui bene secundum rationem communem suam ponit opinionem. et hec omnia fiunt a calore et humiditate que ligat partes corporis et continuat dissolvente et consumente. Unde destruitur corporis integritas que stabat per humiditatem substantialem.

De cinnoidibus.

Certa fides per cinnoydes quod certa febris
Est ethice species nimis inserta latebris.

Certa fides. satis aperte declarantur signa discretiva ex parte tamen sequitur ethice in libro urinarum Ysaac capitulo de pinguedine urine.

De athomis.

Invenies guttam regnare per alba minuta.
Si mulier sine valitudine vel decrepita.
Aut vel concepit adsit vel rigor inceptus.

